



# **Christiana et catholica doctrina, fides, opera, ecclesia, Divi Petri Apostoli & servi Jesu Christi, supremi Regis & pontificis,**

<https://hdl.handle.net/1874/422194>

CHRISTIANA ET  
CATHOLICA DOCTRINA,  
FIDES, OPERA, ECCLESIA,  
Diuī Petri Apostoli & serui Iē-  
sv Christi, supremi Regis  
& pontificis,

PER THEODORVM BLIANDRVM COLLECTA.

Basilca, anno M. D. L.

CHRISTIAN A. B.

THEOLOGICAL DOCTRINE

OF THE

EVANGELICAL CHURCH

IN GERMANY

& SWITZERLAND

BY

THEODORUS M.

RECHTER

PROFESSOR OF THEOLOGY

AT THE UNIVERSITY OF

BERLIN

AND

OF THE

THEOLOGICAL SEMINARY

AT

BERLIN

1845

NEW YORK:

WILEY & PUTNAM,

15 NASSAU ST.

1845

AD SANCTAM ECCLESIAM  
IESV CHRISTI Latina lingua uten-  
tem, præfatio Theodori Bi-  
bliandri.



QVVM inimici reli-  
gionis Christianæ  
sæpe multa atrocita  
& stupenda com-  
mouerint aduerso  
ecclesiam Dei ca-  
tholicam, ut nomen Christianum  
penitus abolerent, uel certè com-  
primerent: haud scio tamen, plus  
ne incommodarint omnes hostes  
intestini, puta hæretici & schismati-  
ci, & exteri, qui gladio & stylo Ec-  
clesiam persecuti sunt, an illi eccle-  
siæ amici simulati, qui sub nomine  
& prætextu Petri apostolorū prin-  
cipis, ingens agmen malorū inue-  
xerunt in Rempublicam Christia-  
nam. Vt enim taceam libros, quos  
improbi homines, mētito beati Pe-  
tri nomine, ad ecclesiæ principem



obtruserunt, uelut acta Petri, & euangelium Petri, & Apocalypsim Petri: quid nō in tota persona summi sanctissimiq; uiri, ad fraudem populi Christiani conuersum est? Considera enim nomina Petri, formam corporis, pedes, corpus mortuum, locum supplicij, sepulchrū, dicta, facta, clauem, annulum, gladium, pallium, ecclesiam, patrimonium, cathedram, nauiculam, rete, remum: quid horum non est conuersum in maximos abusus? Quæ detrimenta rerum ac fortunarū inde senserunt homines? Quam uani labores impositi sunt? Quam falsa & perniciosæ opiniones simplicium animis insertæ sunt? Quæ superstitionum foeditas irrepsit in ecclesiam? Quæ uitiorum sentina nimis quàm patienter toleratur inter Christianos, sub nomine ac titulo uiri sanctissimi?

Cui enim saltem fama non inno-

tue-

tuerunt limina sancti Petri & Pauli ad quæ plurimi cursitant magno suo malo: unde prodeunt pallia reuulsiſſima, precio inæſtimabilia: unde indulgentiarum nundinatio, & annata & dispensationes quæ tuofæ: unde annus Iubileus, nunquã non aliquo tristiſſimo ecclesiæ facto insignis. Quem latent tonitrua, & fulgura, & fulmina excommunicationum à cathedra Petri, si dijs placet, prodeũtia: quæ non semel orbem Christianum funestissimis bellis & cladibus inflammant. Quas sæpe tragœdias dedit patrimoniũ Petri: Quàm indecora est uniuerso nomini Christiano pagina ista, uel potius fabula turpissima, Donationis Conſtãtini: Quid me adtinet de successoribus & vicarijs Petri dicere: quorum facta historia celebrant, & fama euehit etiam ad cœlos dicta factaq; illorũ, minimè Petrina. Quæ quidem ut

AVTORIS

sunt multis nominibus ecclesie in-  
utilia, imò pernicioſa, ita etiam ſunt  
vehementer indecora & turpia. Et  
ſi quis perpendat exactius, redun-  
dant in dedecus aliquod beati Pe-  
tri, atq; adeò in probrum Domini  
ac Dei noſtri IESV CHRISTI: cu-  
ius apoſtolus primarius, & ſeruus  
fideliffim⁹ fuit, beat⁹ Petrus. Nam  
propter uos nomē meum blaſphe-  
matur inter gentes, ait Dominus  
exercituū. Quare iudico ad om-  
nes pertinere Chriſtianos, ut cogi-  
tent ſape ac diligenter, ut tantis, &  
communibus quidem eccleſiæ ma-  
lis aptum remedium adhibeatur.

Ego uerò, qui diu multumq; in  
ea cogitatione uerſatus ſum, nihil  
cōmodius reperire potui, quàm ſi  
uita & doctrina uniuerſa beati Pe-  
tri diligēter ac bona fide ſcriberen-  
tur. Namq; ratio promptè conclu-  
dit, errorem nō poſſe commodius  
explicari, quàm ſi quis oberiās per  
deuia

PRÆFATIO.

7

deuia, in rectam deducant: nec mendacium posse rectius summoueri, quam illata clarissima ueritate: nec malo posse remediū efficacius adhiberi, quam bonum. acie directa inimicum ei, atque infestum: ut superstitio & falsa religio fide catholica repellatur, uitia uirtutibus, peccata officijs & uerè bonis operibus: ut cedat Christianæ orthodoxæ & catholicæ doctrinæ, falsi nominis scientia: cathedræ Petri, cathedra pestilentia: ecclesiæ Petri, uel potius Christi ecclesiæ, cedat synagoga malignantium. Quamobrem ratus me facturum esse operæpretium, summatim hoc tempore uitæ beati Petri exposui, copiosius aliquando idem argumentum tractaturus, cōfutando ea quæ præter historiam spectatæ fidem à nonnullis prodita sunt. Doctrinam uerò Apostoli ex historia euangelica et Actis apostolorum excerptam, cum

utraque epistola coniunxi ordine,  
 quem aptissimum esse illustrandæ  
 doctrinæ Petri censui. Neq; præ-  
 termittere uolui sermones Apосто-  
 li ad ecclesiam Romanam, & Cle-  
 mentem successorem in pontifica-  
 tu: quæ utilissima præcepta piè san-  
 ctæq; uiuendi suppeditant ijs qui  
 munus aliquod gerunt in ecclesia,  
 & priuatis hominib<sup>9</sup>. Vsum etiam  
 baptismi & synaxeos longè synce-  
 riores ostendunt, quàm aliquot  
 iam sæculis ecclesiæ Christi habue-  
 runt; & ecclesiæ statum in navicu-  
 læ imagine atq; parabola graphicè  
 describunt. Posui aut ueterè Latinâ  
 translationem, quæ iam diu rece-  
 pta fuit in ecclesia: sed in margine  
 annotaui uel ex Erasmi Roteroda-  
 mi Annotationibus, uel aliunde,  
 ubi uetus interpres paulò lōgius à  
 proprietate uerborum Græcorum  
 & Apostoli sententia deflexisse ui-  
 detur. Adieci etiam argumenta, &  
 in



PRÆFATIO. 9

in margine apposui tanquam indices rerum: quæ duo uicem prolixi cōmentarij implent. Quanquã & uerba Græca cum Latinis comparata, ordinem rerum secutus, reddidi: sentētijs uerò per capita symboli apostolici, et decalogi, digessi. Quæ res, meo iudicio, studiosis tantum præstat, aut amplius etiam, quàm interdum copiosissimæ commentationes. Qua opera illud etiam me assecutum esse opinor, ut studiosi rerum diuinarum euidentissima demonstratione cernant, Christianã doctrinã, quam Deus per apostolos & prophetas ecclesiæ tradidit, esse absolutam & perfectam, esse luculentam, esse denique certam, & supremæ dignitatis: neque indigere Dei ecclesiã traditionibus humanis, quibus fidei catholice & bene uiuendi regula uel perficiat, uel autoritatẽ maiore, quam Deus ipse conciliauit ei, accipiat.

Quod opusculum tuo sacratiss-  
 mo nomini uisum est nuncupare  
 ô ueneranda societas piorum cul-  
 torum Christi, quæ Latinæ linguæ  
 commercium habes, meritoq; iudi-  
 caris non postrema pars ecclesiæ ca-  
 tholicæ, quæ est communito san-  
 ctorum omnium, & Christi san-  
 cti sanctorum. Primùm, ut quali-  
 cuncq; munusculo meam fidem, pie-  
 tatem, obseruantiam erga te, matrem  
 sanctissimam, pro innumeris bene-  
 ficijs declarem. Deinde, ut pignus  
 sit, dum maiora tibi offerre possum  
 per occupationes & tempora, quæ  
 iam pridem tibi destinati. Postre-  
 mò, ut tuis filijs afflictis aliquid cõ-  
 solationis hoc tempore sæuissimo  
 conferrem, idq; non depromptum  
 ex cerebro humano, sed expres-  
 sum ex uberibus tuæ diuinæ con-  
 solationis. Quis dabit ex Sion salu-  
 tare Israel? Cum conuerterit Deus  
 captiuitatem plebis suæ, exultabit  
 Iacob

Jacob, & lætabit̄ Israel. Tunc tunc  
demum erit Iubileus ecclesiæ san-  
ctæ, quum salutare IESVS CHRI-  
STVS saluator unicus, rex regum,  
& summus, sanctissimus, beatissi-  
mus, æternus pontifex secundum  
ordinem Melchisedec, per suū spi-  
ritum mouendo animos principū  
& plebis, & per uerbum restituet  
pristinum ecclesię statum, et instau-  
rabit ad eam formam, quam bea-  
tus apostolus Petrus, eximi⁹ archi-  
tectus in domo Domini, paucis  
quidem uerbis, sed tamen  
plenè & clarissimè  
descripsit.

VITA



VITA BEATI APOSTO-  
 li Petri, quam scripsit Theodo-  
 rus Bibliander.



VITAM beati Petri Apostolorum principis multi scripsere, sed non pari fide, ac diligentia, et successu. Ego uerò prætermis-  
 sis sermunculis triuialibus, & fabulis, uel som-  
 nijs potius quorundam scriptorum, quæ citius  
 religionem Christi ludibrio exterorum expo-  
 nent, quàm aliquam afferant utilitatem: ea quæ  
 in diuinis literis sunt tradita de rebus summi  
 uiri, quæq; uetustissima & probata ecclesiæ  
 historia transmisit ad nostram memoriam, bre-  
 uis & luculento sermone comprehendam, quan-  
 tum ingenio & diligentia potuero assequi: ut  
 excellens pietas & sanctimonia Petri apostoli  
 pluribus fiat notior et illustrior, habeatq; præ-  
 clara uirtus aliquod etiam ex nobis præmiū.  
 Deinde, ut exemplum eius uiri, quem Christus  
 princeps noster sibi familiarissimum habuit in  
 negotijs regni coelestis, posuitq; solidam colun-  
 nam in ecclesia, plurimi emulentur, præsertim  
 ij, qui munus gerunt publicū in republica Chri-  
 stiana. Ad hæc, ut maculae quas personæ apo-  
 stoli principis quidam uel stolidi homines, uel  
 improbi illuere, detergeantur, neq; porro su-  
 cum

cum incautis facere queant. Postremò, ut rabi-  
di aduersus Christum canes (utendum enim est  
Hieronymi uerbis) Celsus, Porphyrius, Iulia-  
nus, & alij discant, discant etiam eorum secta-  
tores, qui putant ecclesiam nullos philosophos  
& eloquentes, nullos habuisse doctores: quanti  
& quales uiri eam fundauerint, extruxerint, et  
ornauerint: & desinant fidem nostram rusticæ  
tantum simplicitatis arguere, suamq; potius  
imperitiam agnoscant.

Igitur summus apostolus plura nomina sor-  
titus est, non sine altiori quadam significatio-  
ne. Proprium enim nomen fuit Simeon Ebræa  
forma, uel Simon Græca magis inclinatione,  
quod obedientiam sonat. Cæterû Christus eum  
sibi mancipans, Cephæm Syriacè nominauit,  
quod Græcis et Latinis petrâ sonat. Quæ duo  
sepe cõiunguntur, ut uocetur Simeõ Petrus.

Nomina Pe-  
tri.

Natione autem fuisse Israelitam et Galilæû,  
satis constat historiæ sacræ testimonijs, et pro-  
babili ratione.

Natis.

Patriam uerò habuisse Bethsaidam, itidem  
constat. Quam Hieronymus uicum appellat  
prouinciæ Galilææ, idq; in uita Petri: ciuitatē  
autem Galilææ dicit in locis Ebraicis, prope  
stagnum Genesareth. Quam Ioannes etiam cõ-  
uitatem nominat Petri & Andreæ. Vna certē  
est

Patriæ

est ex illis, quas deuouit Christus, propter im-  
pœnitentiam.

Genus.

De genere Petri ex euangelica historia com-  
pertum habemus, fratrem illi fuisse Andream  
apostolum, qui Scythis et Sogdianis, & Sacis,  
Indis extremis, Aethiopicisq; interiorib; Chri-  
sti notitiam & regnum inuexit, & propter  
nomen Christi supplicium crucis pertulit sub  
Edessenorum præfecto Aegea, ut Sophronius  
scribit. Patri nomen fuit Iona, & Iohanna,  
non sine altiori significatione: ut Hieronymus  
annotauit in commentarijs Matth. 16. cap. Fi-  
lias habuisse, & nuptui elocasse, Clemens Ale-  
xandrinus episcopus, et alij ueteres tradidere.  
Quarum uni fuit nomen Petronelle, alteri Fe-  
licule. Tametsi & Marcum non tam spiritum,  
quàm natura filium fuisse, legimus in Græco-  
rum ueterum monumentis. Si quis tribum  
etiam requirat Petri, coniectura colligi uide-  
tur, ex tribu Nephtholim originem duxisse.

Corporis qua-  
litas et cultus.

De figura & habitu corporis, diuina scri-  
ptura nihil nos erudit. Nam uirum fuisse, &  
strenuum uirum, quid adinet commemorare,  
quod tot præclaris operibus testatū est? Calui-  
tium tribuit ei Hieronymus. Aliqui etiam clau-  
dicationem: sorte quòd Paulus scribit, eum ali-  
quando non recto pede ingressum, ad Euange-  
lij

libertatem. Tunicatum fuisse, & calciatum, & gladio accinctum, discimus ex Evangelio. Icones Petri olim fuerunt in usu non incelebricè quibus Constantinus etiam Petrum agnouit, quem in somnis uiderat, uti refert Donatio ista Constantiniana. Sed quanto melius est ex Augustini sententia, discere apostolos ex libris scriptis, quam ex pictis parietibus?

Animus è quo proficiscuntur bona pariter & mala, in Petro, propter humanam uitiositatem non caruit suis etiam næuis. Non pauca enim ignorauit: quædam obliuioni tradidit: commotus est ad iracundiã: quædam perperam gessit. Cæterum, ex institutione Domini Christi, & gratia Dei, præclaris donis ornatissimus fuit ille uir Dei: peritia rerum diuinarum & humanarum, præsentis memoria rerum gestarum eloquio, fide, spe, charitate, iustitia, temperantia, fortitudine. quas uirtutes rebus gestis, et iteris apostolicis expressit.

Animi qualitas.

Educationem Petri, simulq; fratris Andreae, duram ostendit Clemens, quòd orphani educati sint in summa paupertate, piscatione uictum querentes. Baptiste Ioannis discipulum fuisse, ut & frater Andreas fuit, quædam arguunt. Cæterum, in disciplinam Nazareni IESU Messie receptus, studio singulari multum progressus

Educatio & disciplina.

gressus est, ut Domino fuerit charissimus, et adhibitus omnibus mysterijs regni cælorum.

Fortuna, & conditio.

In fortuna Petri & conditione multa concurrunt, quæ summatim perstringam, ut institui. Liber fuit, sicut reliqui Iudæi, et tamen Romanis tributarius. Et quanquam Messias legitimus hæres Davidici regni eum liberum fecerat, tamen eiusdem præcepto soluit tributum, ne cui sit offendiculo. Diuitias habuit à parentibus pertenuis, uel nullas potius. Quæ Christum secutus adeò non auxit, ut reculas etiam suas amiserit. E quibus certè patrimonium illud amplissimum Petri haudquaquam excreuit. Vxorem habuisse, arguit socrus: et Pauli testimonium, qui refert etiam circumduxisse in apostolatu: & ueteres ecclesiæ scriptores, qui memorant, quibus uerbis hortatus sit eam, quæ duceretur ad supplicium, nempe: O coniunx memento Domini. Amicos, socios & familiares habuit honestissimos uiros, filios Zebedæi Ioannem & Iacobum socios in piscatura: & eosdem collegas habuit in apostolatu, sicut & reliquos discipulos Christi. Discipulos autem, Marcum, Clementem, Linum, Cletum. Amicos etiam intimos, Philonem Ebræorum doctissimum, Theophilum Antiochenum. Simonem coriarium Ioppensem, Cornelium centurionem



rionem, Zachæum, Maronem, & alios, quorū  
 nonnullos episcopos ordinavit. Inimicos au-  
 tem habuit, Simonem magum, Iudam Iscario-  
 tem, Caiapham, Annam, Herodem, Neronem,  
 & similes. Unde colligere licet, qui hodie quo-  
 que amici aut inimici Petri sint. Munus &  
 functionem, quam gessit ipse Petrus, non uica-  
 riatum Dei appellat, sed presbyteri & episco-  
 pi opus. Ac Hierosolymis concionatum, & ec-  
 clesiam gubernasse, testantur Acta. Præfuit e-  
 tiam Antiochenæ ecclesiæ. Asiaticas ecclesias  
 scriptis instruit, quas antea præsens erudiuit,  
 ut Eusebius tradit. Romæ quoque tenuisse cathe-  
 dram apostolicam, ueterū monumenta non pau-  
 ca, neque indigna fide testantur. Nusquam autem  
 sibi arrogavit primatum: sed claves ritu apo-  
 stolico exercuit ex mandato Christi. Honores  
 regum aut summorum pontificum, aut princi-  
 pum inferiorum, multo minus diuinos honores  
 Petrus, dum ageret in terris, neque adeptus est,  
 neque ambiuit, neque oblatos recepisset. In cœ-  
 lum autem receptus, non factus est ob id ambi-  
 tiosior, ut uelit sibi aut uiris ecclesiasticis suo  
 nomine impendi. Proinde non aliam cathedrā  
 Petri cogitare possumus, quā quæ populo  
 Christiano promulgat Christi doctrinam exem-  
 plo Petri. Neque aliam Petri ecclesiam, quā in

qua ipse Petrus uel uoce uiua docuit Christum,  
uel scriptis, & quaecunq; hodie retinet aposto-  
licam, orthodoxam & catholicam doctrinam  
Petri: quæ non tam Petri est, quàm Christi &  
Dei patris.

Didca & fa-  
cta.

Ceterum plurima fecit dixitq; beatus Apo-  
stolus præclare, quippe spiritu sancto plenus,  
& doctrina Christi probe formatus: quædam  
perperam gessit, ut homo: quæ iure querq; ad-  
moneant suæ conditionis. Fidei quidem, &  
spei, & charitatis, quibus religio solida perfici-  
tur, multis operibus & dictis præbuit documē-  
ta. Ex quo fonte profluxit etiam exquisita illa  
sanctimonia, quòd nihil immundum degustauit  
enquã: quòd assiduis est in precibus ad Deum:  
quòd pœnitētia commissum peccatum abolet.  
Huc functiones sacræ pertinent docendi & di-  
spensandi sacramenta, & ministrorum ordina-  
tio. Diuinæ quoque uirtutis & fidei solidæ in  
Christum opera, fuerunt miracula & porten-  
ta. Quorum multa edidit beatus Petrus in no-  
mine Christi. Celebriora autem sunt hæc, quòd  
concilium procerum conuertit in stuporem di-  
cendo: quòd Hierosolymis tot homines ad fidē  
Christi adducit concionando: quòd spiritus san-  
ctus datur, ipso docente: quòd Ananias et Sap-  
phira euestigio expirant, ipso increpante. Mal-  
tes

## D. PETRI.

19

tos egrotos umbra sanauit: Aeneam paralyti-  
 cum Lyddæ restituit: ibidemq; Tabitam suscita-  
 uit à mortuis. Claudum ab utero matris, in pe-  
 des restituit. Ab Herode in carcerē coniectus,  
 per angelum Domini liberatur. Quædam his  
 similia cōmemorat Clemens. Porro quid in-  
 dicari deceat de miraculosis operibus diui Pe-  
 tri, postquam ad superos migravit, satis admo-  
 net miraculum Constantini purgati à lepra, et  
 Stephani Papæ sanati apud Parisios, & Leo-  
 nis primi papæ admoniti per Petrum in som-  
 nis. Sapientiæ ueræ atq; prudentiæ fuit, quòd  
 pretis mundanis rebus, Christum studiosissimè  
 secutus est, ut immortalis uitæ consors euade-  
 ret. Consilio etiam maturò semper prouidit  
 Petrus, Clemēte autore, ne aduentus aut disces-  
 sus eius ullam præberet occasionē turbæ. A-  
 licubi etiam desipiet uir excellentissimus, uelu-  
 ti cum reuocat Dominum à proposito morien-  
 di. Ut mirari satis non possim eos, qui perse-  
 ctam uoluntatem, & intelligentiã nussiam im-  
 pingentem, quibusdam Petri successoribus as-  
 fingunt. Iustitiæ uerò sunt opera, quòd sol-  
 uit tributum & uectigal: quòd paret magistratui,  
 dum per Dei præceptum licet: quòd Simo-  
 nem, & Ananiam & Sapphiram, grauissimã  
 sententiã damnat. Modestiæ quoque opera



non obscura sunt: quorum utinam sepius ueniat in mentem uiris ecclesiasticis, & obliuiscerentur luxum atq; superbiam plus quam sibiriticam. Petrus enim in cibo et potu fuit temperatissimus: in cōuersatione hominum humanissimus, ut qui calamitatibus aliorū facile daret lachrymas, sicuti scribit Clemens. ut exhorret, quum dominus Christus pedes ablueret discipulis? Quā moderatione prohibet Cornelium adorare? Quā patienter fert increpantē Paulum? Quā placidē satisfacit accusantibus fratribus? Ac ne in morte quidem crucis uoluit aequari Domino: sed petijt caput deorsum, pedes in sublime uerti. Fuit tamen aliquando iracundior: fuit promptior ad arma, quam deceret. Sed morbis illis diuina uirtute repugnauit. De fortitudine autem huius uiri quid addinet dicere? Qui promptissime se ad omnē fortunam, etiam ad uitæ pericula offert Domino: qui uinctum secutus est, alijs discipulis dilabentibus: qui audita resurrectione, accurrit ad sepulchrum, nihil iam metuens Iudeorum minas: qui Hierosolymis concionatur intrepidē: qui flagris cæsus, & ereptus ē carcere, non deserit Christi præconium. Qui magnum Neronis deum, & tyrannum scruissimum, & urbem sceleratissimam aggreditur, & mortem pro nomine

mine Christi perferendo felicissimè uincit. Cuius labores & ærumnas si quis recensere instituat, dies eum deficiet. Sed metuit etiam Petrus, sed cauit, sed fugit, sed negauit Christum, metu percussus. Nempe homo fuit, obnoxius affectibus; non stipes, aut saxum, non Stoicus immobilis. Vt cogitemus, ex ea imbecillitate, in qua nos miseri homunculi uersamur, Petri apostolū per Christi gratiam, studio, industria, magis subinde aucta uirtute, in robur illud indomitum euasisse.

Mortem Apostoli Eusebius ita memorie tradidit. Nero, ut apertum se hostem diuinitatis pietatisq; professus est, ipsorum prius apostolorum, quippe qui duces & signiferi erant in populo Dei, expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipsa urbe Roma, Petrum uerò crucis patibulo cōdemnat. Cruci autem affixus est, capite ad terram uerso, & in sublime pedibus eleuatis, ita fieri deprecatus, ne exequari Domino uideretur.

Mors

Sepultura,

Sepultus est in Vaticano iuxta uiam triumphalem, teste Hieronymo. Addit Augustinus Steuchus, à Cornelio Papa corpus beati Petri leuatum ex Catacumbis, repositumq; in Vaticano, in tēplo Apollinis palatij Nerontani. Vbi scilicet nunc eius est templum, ubi altare, ubi

locus, qui uocatur Confessio: propterea quod ibi imperatores ac reges & principes confitebantur nomen Christi, & Petro colla subdebant. Ceterum, si probatæ fidei scripta ueteri exactius perpendantur, animaduertere licet, tam Petri quàm Pauli corpus tēpore Constantini translatum esse Constantinopolim. Ut uisissimè sibi Roma arroget, quæcunq; propter corpora Petri & Pauli tanquam Romæ quietiscentia sibi uendicat. Hi sunt natales, hæc uita, hæc mors apostolorum principis. De cuius honoribus et hereditate atque patrimonio, alius erit locus dicendi commodior.

VNIVERSA DOCTRINA BEATI Petri apostoli: quam ordine digessit, & compendiosa interpretatione illustrauit Theodorus Bibliander.



**C**lemens Petri comes, & auditor assiduus, in libris Anagnoseon, aut recognitionū, ex mandato Petri, ut ipse testatur, scripsit sermones plures, & grauissimas disputationes Apostoli de Christo, de prouidentia, de principio et fine rerum, de bono et malo, de lege diuina: contra idololatriam, magiam, astrologiam diuinatricem

tricem. In quibus insunt quædam repugnantia doctrinæ apostolicæ, pleraq; uerò non indigna sapientiæ & doctrinæ Petri. Veluti, quòd ignorantiam dicit originem totius mali, & parentem: Homines, ubi religionis cultus ad exanimam simulachra conuersus est, licenter peccare, & in omne facinus progredi cœpisse: Crapulam esse uehiculum, quo in homines cacodæmon inuehitur. Legem Dei esse perfectam, & quæ sola possit inter homines pacem facere: Christum esse uerum prophetam, qui solus illuminare animas hominum potest, ita ut oculis suis uiam salutis euidenter inspiciant: Eum esse annu Dei acceptum, habentem apostolos XII. menses, quos misit ad prædicandum & inuitandum homines ad cœnam regis cœlestis. Ea si quis ordine colligat, iustum librum efficiet. Censui autem hic duntaxat Petri sermones ultimos iungendos esse cum scriptis ipsius & dictis, quæ sunt in literis diuinis comprehensa.

### DE SCRIPTIS GERMANIS & adulterinis beati Petri.

**N**on est huius argumenti disserere de scriptis omnibus, quæ in ecclesia Christi uersantur, quibusq; gradibus inter se distincta sint. quod ad methodum theologiæ et catholica præ-

Verns & perpetuus lubileus Christianorum, Christus. De quo Esaiæ 61. Luca 4. Psal. 137. 52. Iescha, id est salutare Israel. Cæremonia uero Moisaica, Leuit. 25. requirit, ut proximo quæque offensas & debita remittat, si uelit à Deo remissionem peccatorum, & ueram libertatem filiorum Dei consequi.

cepta Christianæ doctrinæ pertinet. Tamē quid multum refert scire, quæ scripta sint germanæ beati Petri, aut quæ falso inscripta fuerint ipsius nomine, id ipsum breuiter indicabo. Notanda quidem Petri scripta, & quæ inter apocrypha numerantur, hæc accepimus: Euangelium Petri, nō quod Marcus scripsit, sed aliud commentitium, Petri nomine uulgatum, cuius meminit Hieronymus in uita Petri: & alia quædam. Eorum quidem meminit Hieronymus his uerbis: Libri eius, è quibus unus Actorum eius inscribitur, alius Euangelij, tertius Prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus Iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Eusebius autem libro tertio, cap. 3. Ecclesiasticæ historiæ, ita scribit: Libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nominis eius Euangelium nuncupatur, sed & quæ dicitur eius Prædication uel reuelatio, in scripturis canonicis prorsus non habentur: sed nec aliquis quidem scriptorū ueterum, uti eorum testimonijs inuenitur. Athanasius inter libros noui Testamēti, quibus con-  
*tradicitur, numerat πνευματικὸν πῶρον,* periodos uel itinerarium Petri, et Clementinos libros. E quibus aliqua translata sunt, & electa, ut uera & diuinitus inspirata, quæ leguntur. Vtrunq; librum Nicephorus quoq; ponit inter apocryphos



phos. Rursum Eusebius de Clementis operibus differens, ait: Sed & alia eius opuscula non minima à nonnullis haberi perhibentur, ueluti Petri & Appionis disputatio, quæ in usu à ueteribus habita minime reperimus: quia nec pura in eis & incorrupta fidei apostolicæ regula mansisse deprehenditur. Hæc ille. Ponitur autem disputatio cum Appione et Anubione, X. libro Anagnoseon, siue recognitionum. In censura librorum, quæ Gelasio papæ tribuitur, distinct. 15. Canone, Sancta Rom. inter apocryphos etiam libros connumerantur, Actus Petri, et Itinerariū Petri, quod appellatur sancti Clementis libri VIII. Et Leo nonus papa: Clementis librum, id est, Petri apostoli itinerarium, et apostolorū canones, numerant patres inter apocrypha. Exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreuerūt orthodoxæ fidei tractatores adiungenda.

Porro Euangeliū, quod scripsit Marcus discipulus Petri, & episcopus Alexandria, illud ipsum esse, quod Petrus concionatus est, multi ueterum nobis tradidere. De quo Euseb. lib. 3. cap. 4. Tradunt, quod euangeliū suum ex ore Pauli descripserit (Lucas) & ipsum sit, quod apostolus suum euangelium soleat nominare, cum dicit, Secundum euangelium meum: sicut

Et Marcus, quæ ex ore Petri fuerant prædica-  
 ta, conscripsit. Et cap. 39. uerba reddit Papiæ  
 discipuli Ioannis euangelistæ. Etiam hoc pres-  
 byter narrabat, quod Marcus interpres fuerit  
 Petri, et quæcunq; meminerat ab eo dicta, con-  
 scripserit: nõ tamen per ordinem ea quæ à Do-  
 mino dicta sunt, uel facta, digesserit: quia non  
 uisimè Petro adhesit, ad usum ac ministerium  
 prædicandi, non ad conscribendos Domini ser-  
 mones. Itaq; nihil peccauit Marcus in eo, quod  
 ita quædam scripserit, quasi qui sparsim audita  
 recordari uideatur. Et hoc solum satis egit, ne  
 quid ex auditis omitteret, aut aliquid falsum  
 scriberet. Idem tradidit Clemens Alexandrinus,  
 ut Eusebius refert lib. 2. cap. 15. Cum Roma-  
 næ urbi clarum uerbi Dei lumen fuisset exor-  
 tum, Simonis quidem tenebræ cum suo autore  
 restinctæ sunt. Sermo autem ueritatis ex lucis,  
 qui per Petrum prædicabatur, uniuersorum  
 mentes placido illustrauit auditu: ita ut quoti-  
 die audientibus eum, nulla unquam satietas fie-  
 ret. Vnde neq; auditio eis sola suffecit: sed Mar-  
 cum discipulū eius omnibus precibus exorant,  
 uti ea quæ ille uerbo prædicabat, ad perpetuã  
 eorum commonitionem habendam scripturæ  
 traderet, quò domi forisq; in huiuscemodi uer-  
 bi

bi meditationibus permanerent. Nec prius ab  
 obsecrando desistunt, quàm quæ orauerant, im-  
 petrarent. Et hæc fuit causa scribendi, quod se-  
 cundum Marcum dicitur, euangelium. Petrus  
 uerò ut per spiritum sanctum religioso se spolia-  
 tum comperit furto, delectatus est, fidem eorū  
 per hæc, deuotionemq; considerans, factumq;  
 confirmauit, & in perpetuum legendam scri-  
 pturam ecclesiis tradidit. Origenes quoq; testa-  
 tur, patres tradidisse, quòd post Matthæū Mar-  
 cus euangelium scripserit, iuxta id quod ei Pe-  
 trus tradidit. Irenæus quidem, ut antè indicauit  
 mus, id scripsit, uerum post mortem Petri &  
 Pauli edidit. Athanasius quoque idem testatur  
 his uerbis: Euangelium secundū Marcum præ-  
 dicatum est à Petro apostolo Romæ, editū ue-  
 rò à beato Marco apostolo, & prædicatum ab  
 eo Alexandria, & in Aegypto, & in Pentapo-  
 li, & in Libya.

De priori epistola uideo constare inter ec-  
 clesiæ antistites, quòd sit Petri apostoli: de po-  
 steriōri nonnulli dubitarunt, non an sit canoni-  
 ca & authentica, sed an sit beati Petri. De qua  
 re aliquas maiorum sententias referre, non inu-  
 tile fuerit. Athanasius utranq; epistolam Petri  
 apostoli esse agnoscit & fatetur, nec ullam po-  
 steriōris facit mentionē, dum enumerat libros,  
 quibus

Epistolæ Petri.  
 tri.



quibus in ecclesia contradicitur. Idem animadu-  
 uerto in Canone Nicephori. Eusebius libro 3.  
 ita scribit: Petrus apostolus prædicationis sue  
 monumēta nobis per pauca dereliquit. Vna ete-  
 nim eius epistola est, de qua nullus omnino du-  
 bitauit. Nam de secunda multis incertum est.  
 Apud plurimos tamen etiam ipsa legenda su-  
 scipitur. Idem asseuerat cap. 4. & 25. Hiero-  
 nymus in uita Petri: Scripsit duas epistolas, quæ  
 catholice nominantur. Quarum secunda a ple-  
 risq; eius esse negatur, propter styli cum priori  
 dissonantiam. Græcorum quoq; scholia utram-  
 que epistolam beato Petro citra cōtrouersiam  
 assignant. Origenes ex maiorum traditione, ut  
 Eusebius lib. 6. cap. 28. cōmemorat, didicit, Pe-  
 trum, super quæ Christi fundatur ecclesia, duas  
 tantummodo epistolas scripsisse: è quibus à non  
 nullis de secunda dubitetur.

Ut autem ex ipsis epistolis euidentissimè per-  
 spiciatur, quis nam scripserit, quo loco, quo  
 tempore, quo statu ecclesiæ, ad quos, & quod  
 sit argumentum & status, siue caput et prima  
 riam quæstio, age de utraque epistola singulatim  
 consideremus. Et prior quidem nomē præfert  
 Simonis Petri, apostoli & serui Iesu Christi, si-  
 cut et posterior, quanquam hæc expressius. Est  
 autem scripta Christianis sparsim incolentibus  
 in

in provincijs Asiæ minoris: nec tantum ex Iudaismo, sed etiam ex gentili superstitione conuersis ad Christum. Desinit enim atque describit homines Christianos, & non Iudæos solos designat, ut aliqui etiam ex ueteribus opinati sunt. Babylonem autem esse scriptam, ipsa conclusio epistolæ testatur. Quam Babylonem haudquaquam esse uel Chaldaë regionis, uel Aegypti, ut quidam existimauerunt, tum aliæ rationes probant, tum quòd nulla historia ecclesiæ probata indicat, unquam Petrum fuisse in Babylonia, uel in Aegypto. Rursum uerò aliquoties legitur, Petrum non modò Romæ fuisse, uerum etiam ibi ecclesiam condidisse & gubernasse, et glorioso martyrio nomen Christi sanctificasse. Neg. Beda ullam Babylonem intelligit aliam, quam Romam. Sic enim scribit: Babylonem typicè Romam dicit, uidelicet propter confusio- nem multiplicis idololatriæ. In cuius medio sancta ecclesia iam rudis et perparua fulgebat, iuxta exemplum plebis Israeliticæ, & cetera.

Græci quoque ueteres interpretes Romam intelligunt. Et Papias episcopus Hierapolitanus, discipulus Ioannis euangelistæ, idem testatur, ut Eusebius refert libro 2. Historiæ eccles. ex Clementis sexto libro, loquens de Marci Euangelio. Cui simile dat testimonium etiam Hierapolites  
episcopus

episcopus, nomine Papias, qui & hoc dicit,  
quod Petrus in prima epistola sua, quam de ur-  
be Roma scripsit, meminerit Marci: in qua tro-  
pice Romam Babylona nominarit. Conuenien-  
tissima illa denominatione usus est etiam Chri-  
stus in sua reuelatione, ut Romam appellet Ba-  
bylonem, ueluti capite 17. Veni et ostendam ti-  
bi damnationem meretricis magnæ. Et mox: In  
fronte eius nomen scriptum, mysterium, Baby-  
lon magna, mater fornicationum & abomina-  
tionum terræ. Et uidi mulierem ebriam de san-  
guine sanctorum, & de sanguine martyrum Ie-  
su. Atq; in fine capituli: Mulier quam uidisti, est  
ciuitas magna, quæ habet regnum super reges  
terræ. quod de Roma intelligunt omnino Græ-  
ci & Latini doctores ecclesiæ. ut Hierony-  
mus aduersus Iouinianum: Sed ad te loquar,  
quæ scriptam in fronte blasphemiam, Christi  
confessione delesti: Vrbs potens, urbs orbis do-  
mina, urbs Apostoli uoce laudata. Interpreta-  
re tuum uocabulū. Roma, aut fortitudinis no-  
men est, apud Græcos, aut sublimitatis, iuxta  
Hebræos. Serua, quod diceris. Virtus te excel-  
sam faciat, non uoluptas humilem. Maledictio-  
nem, quam tibi saluator in Apocalypsi commi-  
natus est, potes effugere per pœnitentiam, ha-  
bens exemplum Niniuitarum. Hieronymo  
adsti

ad stipulantur Hippolytus, Aretha, et alij, quos illi citant: itemq; Augustinus, Orosius, Beda, Ottho Frisingensis episcopus, Augustinus Steuchus, & alij. Tempus etiam, quo scripta est epistola Petri prior, diligenter expendi oportet. Nam Beda existimauit scriptam imperante Claudio: quo tempore Petrus cum Marco Romam uenerit, & euangelio Romæ descripto & edito Alexandriam miserit Marcum. Sed non uideo, quo modo illis temporibus Epistola tota quadret. Ego potius crediderim in persecutione seuisima Neronis scriptam esse. Cuius sententiæ repugnare uideri potest, quod Hieronymus scribit, Marcum octauo anno Neronis mortuum esse, & sepultum Alexandriæ: quum persecutio cœperit decimo Neronis anno. Videtur autem Hieronymus inconsyderatè illud tradidisse, Eusebium nõ rectè secutus. Nam Eusebius nõ dicit, mortuũ esse Marcũ anno VIII. Neronis, sed ei successisse in pontificatu Anianum: quando Marcus ordinato episcopo, alium in locum migravit. Nam Dorotheus testatur, sub Traiano demum laqueo & igne peremptum esse. Itaq; propabile est, Marcum eo tempore nauigasse Romam, et Petro adfuisse, quum seuisimatyrannis epistolam hanc beato apostolo extorsit. Quam ecclesiæ infestationẽ  
opere

opere pretium est describere ex probatissimis  
 autoribus. Nam Suetonius in uita Neronis ita  
 scribit: Sed nec populo aut mœnibus patriæ pe-  
 percit. Dicente quodam in sermone communi,  
 ἴσθι δαίμοντος γαῖα μὴ θύρω πύρι, id est, mortuo me  
 terra misceatur igne: inò, inquit, me uiuente.  
 planeq; ita fecit. Nam quasi offensus deforma-  
 tate ueterum ædificiorum, & angustijs flexu-  
 risq; uicorum, incendit urbem tam palam, ut  
 pleriq; consulares, cubiculares eius cum sup-  
 tediq; in prædijs suis deprehensos non attinge-  
 rent: et quedam horrea circa domum auream,  
 quorum spaciū maximè desyderabat, ut belli-  
 cis machinis labefactata atq; inflammata sint,  
 quod saxeo muro constructa erant. Per sex dies  
 septemq; noctes ea clade sæuitum est, ad monte-  
 mentorum bustorumq; diuersoria plebe com-  
 pulsa. Tunc præter immensum numerum insu-  
 larum, domus priscorum ducum arserunt, hosti-  
 libus adhuc spolijs adornatæ: deorumq; ædes  
 ab regibus, ac deinde Punicis & Gallicis bellis  
 uotæ, dedicatæq;, & quicquid uisendum atque  
 memorabile, ex antiquitate durauerat. Hoc in-  
 tendium è turri Mæcenatiana prospectans, le-  
 tusq; flammæ, ut aiebat, pulchritudine, <sup>ἀναοίη</sup>  
 Ilij, (hoc est, ut Troia capta arserit) in illo suo  
 scenico habitu decantauit. Ac ne non hinc quo  
 que



que, quantum posset, prædæ & manubiarum inuaderet, pollicitus cadauerum & ruderum gratuitam egestionem, nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit: collationibusque non receptis modo, uerum & efflagitatis, prouinciarum priuatorumque census prope exhausit. De hoc incendio, quod Neronem inflammauit ad Christianorum cædes, Cornelius Tacitus libro 15. historiae Augustæ ita scribit: Non ope humana, non largitionibus principis, aut deum placamentis decebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis poenis affecit, quos per flagitia inuisos uulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius Christus: qui Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaque in præsens superstitione exitiabilis rursus erumpebat, non modo per Iudæam, originem eius mali, sed per urbem etiam: quod cuncta undique atrocitas aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur primo correpti, qui fatebantur, deinde iudicio eorum multitudo ingens haud proinde in crimine incendij, quam odio humani generis conuicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: atque

ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis uterentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu auri & permixtus plebi, uel circulo insistens. Unde quanquam aduersus fontes, & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in seuitiam unius absumerentur. Eam seuisissimam tempestatem, quae nominis Christiani abolitionem uidebatur minari, Dominus etiam per Ioannem describitur in Apocalypseo 13. cap. Et uidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, et cornua decem, & super cornua eius decem blasphemata, & super capita eius nomina blasphemiae. Et quae sequuntur, usque ad illam sententiam: Hic est patientia & fides sanctorum. Ex his non difficile quis colligat argumentum epistolae prioris diui Petri. Esi enim refrenat & inculcat leges pie sancteque uiuendi, omnia tamen praescripta referuntur ad paraclesim & exhortationem, ut ipse ostendit Apostolus in epistola sine dicens: Paucis scripsi uobis, ut arbitror, obsecrans, uel potius exhortans & testificans hanc esse ueram gratiam Dei, in qua staretis. Nempe afflictus ecclesiae status postulabat hunc diuinum oratorem, qui consolaretur, excitaret, confirmaretque fratres in summo periculo

to & rationibus ualidissimis persuaderet, retinendam esse constanter Christi religionem: ut omnibus rebus temporarijs siue bonis siue malis in extremo discrimine contemptis, Christo seruatori se uictimas rationales, Deo gratas, reuera sanctissimas offerrent, atq; persisterent in doctrina, & fide catholica: quam nisi quis firmiter ac illibatam tenuerit, salutem et uitam æternam in coelis minimè possidebit. Nemo autem est tam ineptus, quin cernat eam exhortationem apostolicam non modò persecutione Neronianæ aptam esse, uerum alijs quoq; plurimis, quas Roma ecclesiæ immisit per suos tyrannos, donec à Gothis inflammata est: ut eius interitum prædixit spiritus sanctus apertissime, capite 17. & 18. Apocalyp. Fuit q; à pijs hominibus usurpata diuina hæc Apostoli consolatio simul et exhortatio, ut firmo gradu perseuerarent in Christiana doctrina, & fide, et officijs: ut ut seuirent tyranni truculentissimi. Quis autem neget, quin diuinitus præparata sit apostolica ista paraclesis, ad eas quoq; persecutiones, quas unquam diabolus commouit, & commouebit usque ad nouissimum diem per secundam bestiam. De quibus etiam reuelatio Domini loquitur, tum alibi, tum cap. 14. Et uideat aliam bestiam ascendentem à terra. & reliq;



qua. Accommoda etiam fuit exhortatio ijs qui à Sapore tyranno Persarū, qui à Vandalis Arianis, qui à Mahumedicis aliquot iam seculis afflicti fuerunt propter nomen Christi. Nostra igitur etiam est, ò Christiani fratres, nostra est hæc diuina paraclesis, quæ ueluti sacra ancora nauiculam Petri, ecclesiã procellis scissimis agitatum confirmabit, singulosq; fideles, si animo comprehendant has diuinas rationes, ueluti petras immobiles aduersus omnes fluctus efficiet, dum sibi occinent subinde: Qui perseuerauerit in finem, is saluus erit. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem IESV.

De posteriori quoq; epistola iam consyderemus. Quæ an Petri sit, duabus ex causis dubitatum esse uideo. primum quòd Papias, et illi uetustissimi ecclesiæ scriptores, non inde citauerunt testimonia, ut ex priori epistola. Deinde, quòd stylus & character sermonis dissimilis apparet. Prioris argumèti facilis est solutio: quòd autoritas non perindè ualet negando, ut affirmando. Non enim eadem uis est, Papias citauit priorem epistolam titulo Petri, ergo est Petri: & Papias non citauit posteriorem epistolam nomine Petri, ergo non est Petri. Quemadmodum proba & firma est argumentatio: Christi-

Quis usus est testimonijs Mosis, Davidis, Danie-  
 lis: igitur sunt canonici, autentici, & planè di-  
 vini scriptores. Si quis autem ita colligat, Chri-  
 stus non est usus testimonio Aggei, Habacuk,  
 Sophoniæ, ut illorum: igitur non sunt autenti-  
 ci, prorsus nihil effecerit. Alterā quoq; ratio-  
 nem friuolam esse, clamat ipsa epistola, & faci-  
 le sentiet eundem esse utriusq; saporem & sty-  
 lum, qui gustum habet non prorsus surdum, et  
 uult diligenter iudicare. Namq; sententiæ nihil  
 dissident. Orationis comprehensiones, ut perio-  
 di, membra, commata, uerborum et figurarum  
 forma, utrobq; conueniunt & respōdet. Opor-  
 tet autē uel Petri esse apostoli, qui priorem scri-  
 psit: aut impostoris audacissimi, qui conatus sit  
 ecclesiæ Dei fucū facere multo scœdius, quam  
 Saphira & Ananias. Vocat enim se autor epi-  
 stole, Simonem Petrum apostolum Iesu Chri-  
 sti. Dicit se cum Domino fuisse in monte san-  
 cto: sibi mortem à Domino prædictam: se pau-  
 lō antè scripsisse, & eodem in argumento uer-  
 sari propemodum. Quæ rationes ita beato Pe-  
 tro secundam epistolam uendicant et addicunt,  
 ut illi adimere non possint innumera concilia,  
 ne dicam aliquot patrum ecclesiasticorum iudi-  
 cia & censuræ. Petrus igitur alteram quo-  
 que scripsit epistolam, quæ ipsius clarissimum

nomen præfert. Et scripsit ad eosdem, ad quos priorem scripsit, iam iam instante morte: itaq; ex Babylone, seu Roma. Estq; paraclesis & exhortatio, ut Christiani persistet in recepta doctrina, & fide, & officijs Christianis. Cui adiungitur præmonitio, ne præbeant aures seductoribus, qui è media ecclesia exorti, novas doctrinas et persuasiones inuecturi sunt, et sectas perniciosas. Quos etiam graphicè depingit, ut ne Petri quidem pallium eos occultare possit, & sanctissimæ nomina. De qua seductione Deus toties præmonuit per Danielelem, Zachariam, in Euangelio, per apostolum Paulum, per Iudam, & in primis in Apocalypsi. Nostra igitur secula etiam instruit hæc epistola, ut quæ maxime. Ceterum de partibus utriusq; epistolæ, & dispositione, plura dicemus suo in loco. De illis autem quæ ex Euangelica historia, et Actis transcripsimus, nullus Christianus dubitare audeat. Quæ digessimus in genera orationis, obseruata non modo rhetoribus, sed etiam dialecticis, & quicumq; aliquid explicare student certa methodo. Epistolam Clementis ad Iacobum episcopum Hierosolymitanum, quæ diuini Petri sermones continet, antiquitas cõmendat: quæ certè ante Hieronymi tempora extitit, & ab ecclesiasticis hominibus titulo sancti Petri sui

fuit recepta. Commendat etiam eam interpres Rufinus, qui tametsi aliquid cum diuo Hieronymo cōtrouersie habuit, tamen ecclesie Christiane commoda multis sanctissimis laboribus prouexit. In primis autem hos sermones commendant ipse res: quæ si cōferantur cum libro Pastoris, aut Hermæ, qui olim in ecclesia publicè fuit lectus, uel conferantur cum patrum ecclesiasticorum homilijs, quæ solenniter in ecclesia recitantur, apparebit hoc scriptum esse dignum, quod non deprimatur inter apocrypha, sed excellentem locum teneat inter scripta ecclesiastica.

Porrò quum epistolarum circumstantias exposuerim antea, non alienum forte ab hoc loco fuerit, utriusq; epistolæ Petri caput et membra exactius inuestigare.

EPISTOLÆ PRIORIS BEATI Petri apostoli pensatio.

**I**n omnibus scriptis, ut exactius intelligi, & rectius ad uitæ usum accommodari possint, imprimis refert nouisse principem questionem, aut propositionem, ad quam explicandam omnes partes orationis adhibentur. Quam caput, & statum, & scopum appellant. Deinde genus orationis, postea orationis membra & partes.

postremo elocutionem. Est autem in orationibus & epistolis aliquando unū caput, aliquando plura. Veluti priorem epistolam quidam interpretes mixtam putauere, hoc est, partim didascalicam, ut doceat religionem Christianam, partim exhortatoriam. Quidam totam generis doctrinalis putauerunt. Explicantur sane præcepta pleraque uitæ Christianæ, sed non statim didactica est epistola. Vt qui hortatur ad theologiam, quæ nam sit ostendet etiam. Prophetæ quum reuocant ad intermissam aut plane perditam religionem, aut desertores accusant, & obiurgant, interdum bonam religionis partem exponunt. Itaque illa præcepta referuntur ad exhortationem. Et Petrus quidem ipse ostendit, se adhortatione breui usum esse, nempe ut qui uel à Petro uel ab alijs apostolis religionem perceperunt Christianam, constanter in ea perseuerent, nec sinant se per afflictiones abduci, certò scientes hanc esse ueram & unicam Dei religionem. Estque caput & primaria propositio eiusmodi. Christiani, quum affliguntur ob religionem suam, perseuerent in illa religione seu Christianismo. Quam propositionem esse generis deliberatiui, & postulare orationem suasoriam, facile quilibet cernit. In eo autem genere & argumento sermonis spectatur præcipue boni  
 ANE



aut malum, & vires ad efficiendum. Vt sint tales rationes. Perseuerare in Christianismo per afflictiones, an sit honestum, utile, iucundum: an fieri possit, an tutò, an facile, an necessarium ad salutem hominis. Itidemq; opposita considerantur, an deficere sit turpe, noxium, et alia. Quæ rationes tamen non semper illis nominibus proferuntur. Ipsaq; propositio nõ insertur ad singulas rationes, ut suis partibus omnibus argumentatio concludatur. Perfecta enim argumenti enunciatio est talis: Si ex uoluntate diuina Christiani afflictionibus exercentur, minime debent ob eas religionem abijcere. Sed Dei uoluntate ac nutu affliguntur omnino. Igitur non debent ob afflictiones temporarias suam religionem ueram deserere. Partes autem totius epistolæ sunt tres, inscriptio uel salutatio, quæ uersu primo absoluitur: Argumentatio seu explicatio rationum & totius argumenti propositi, quæ extenditur usq; ad uersum nonum capituli quinti: & conclusio quæ totum finem occupat epistolæ. Genus dicendi et elocutio non est forensis, ut Ciceronis aut Demosthenis, sed popularis. Habent enim uiri diuini suum quoddam genus eloquentiæ, ut dicit Augustinus, quod tamen alios non deceat. Habet crebros Ebraios Petrus etiam Græcè loquens. Cæterum in

rationibus quibus persuadet religionem haud-  
 quaquam abijciendam esse dum seruit mundus  
 & satan, summa est utilitas, si referantur ad sua  
 elementa & principia logica. Nam ita demum  
 expendi queant rationum momenta, & ani-  
 mis nostris confirmandis adhiberi, alijsq; homi-  
 nibus fulciendis apte admoueri. Quam obrem  
 ad eam pensitationem studiosis pietatis uiam  
 aliquo pacto aperiam. Caput & status est  
 epistola. Christiani, quum affiguntur ob re-  
 ligionem, perseuerent in religione Christiana.  
 ut Senacherib obsidente urbem Hierusalem, et  
 Rabface deditioem suadente, Ezechias rex et  
 Esaias propheta suadent, solantur, hortantur,  
 ne Israelita obsidione pressi, dedant se hosti im-  
 pio, sed patienter expectent liberationem diui-  
 nam. Ut Matthathias hortatur Israelitas, An-  
 tiocho furentem contra Dei religionem, patriam  
 religionem uindicare etiam cum uite & om-  
 nium rerum iactura. Propositio principa-  
 lis ita enunciatur: Succincti lumbis mentis ue-  
 strae, sobrij aut uigilantes, perfecte, id est usque  
 in finem, sperate in gratiam, quae uobis offer-  
 tur in reuelatione Iesu Christi. Et non configu-  
 rati prioribus ignorantiae uestrae desiderijs. 1.  
 cap. 7. uersu. Sufficit praeteritum tempus, &c.  
 4. cap. 3. uersu. Fides & spes uestra in Deo  
 sit

fit. 1. 10. Exultate contristati uarijs tentationibus, &c. 1. 3. Communicatis afflictionibus Christi gaudete, &c. 4. 9. In timore incolatus uestri tempore conuersamini. 1. 9. Fidei creatori commendēt animas suas in benefactis. 4. 16. Humiliamini sub potenti manu Dei, omnem sollicitudinem proijcientes in eum. 5. 5.

Ceterū rationes conferuntur cum tribus terminis, seu partibus propositionis, Christiani, affigi ob religionem, perseverare in recepta religione Christi. Cum primo, qui est Christiani, hoc modo: In salutatione ponitur definitio Christianorum, ad quam rectissime infertur, Christiani ergo, afflicti licet, in sua religione perseverent. Cause Christianos efficientes: Deus singulari gratia & beneficio natos ad mortem ob Adami peccatum, regenerat ad uiuam spem in resurrectione Christi. Et quisque tantum beneficium respuat? Non leuiculis & caducis rebus, ueluti auro uel argento, redempti sunt a conuersatione praua, quam maiores tradiderant: sed pretioso Christi sanguine. Non generantur Christiani semine corruptibili, seu incorruptibili, uiuo eterno uerbo Dei. Actio præcipua & officium Christiani est, imitari Christum. Is autem patientissime tulit omnes afflictiones. Imitari decet uocantem Deum, & parentem. At  
is con-

is cōstantissimus est in sua sanctitate et iustitia siue probent homines, siue improbent. Christiani tum alias uirtutes, tum fortitudinem colere debent. Ideo perseuerantia & constantia in afflictionibus præstanda est. Pati persecutiones in mundo, Christianis familiarissimum est. Omnes enim qui uolunt piè uiuere in Christo, ferunt persecutiones. Christiani debēt iugem cultum, et spiritualement quidem ac rationalem Deo præstare: siquidem sunt domus Dei, regale sacerdotium, gens sancta, populus Dei peculiaris. Quem cultum minimè exoluent, si recedat à Christo tempore afflictionis. Diabolo, qui pè insensissimo hosti, repugnent Christiani, cui renunciat in baptismo. Ei uerò non repugnat, sed cædunt, & dant manus, qui superantur afflictionibus. Definitio est: Christianismus est, credere peccatorū remissionē in nomine Christi, resipiscere & emendare uitam, confiteri nomen Iesu: opera fidei per charitatem operantis, & officia erga Deum, magistratus, parentes, coniuges, amicos & inimicos colere. Quæ cap. 2. & deinceps, legibus & præceptis informentur. Hoc instituti uitæ non est deserendum, qui quid tandem satan & mundus turbarum commoueant. Gaudium solidum, & pax conscientia, fructus & effectus est Christianæ fidei

fidei. Quem thesaurum incomparabilem per-  
 dunt, qui ob afflictiones deficiunt. Finis Chri-  
 stianæ fidei & Christianorum, est salus anima-  
 rum, summum utique bonum, & uera hominis  
 beatitudo: quæ solis obtinget perseverantibus  
 ad finem. Christianorum fides & religio uera,  
 solida, certa, indubitata est, confirmata non tan-  
 tum eorum testimonio, qui à Christo missi præ-  
 dicarunt euangelium, sed etiam prophetarum,  
 qui & Christi afflictiones simul ac gloriam in-  
 secutam, & omnium qui Christo adherent, præ-  
 dixerunt, ut Esaias, Daniel, Zacharias, et alij.  
 Vtrique autem spiritu sancto impulsore id ege-  
 runt. Quare nõ tam sanctissimorum hominum,  
 quam ipsius Dei testimonio nititur. Ratio est  
 ab adiacentibus, aut connexis, non autem ex lo-  
 co testimoniorum, aut pronunciatorum. Ab  
 oppositis uerò talis: Non Christiani, sed incre-  
 duli etiam habent afflictiones propositas, &  
 quidem maiores. Ut desciscere à fide Christi ob  
 afflictiones, sit fugere carbonariam, & incide-  
 re in calcariam: uitare pruina, & opprimi ni-  
 ue. Ac ille ferme sunt rationes à Christianis et  
 cõiugato Christianismo seu religione Christia-  
 na sumptæ. Ab afflictione autem propter san-  
 ctam Christi religionem, tales erunt. Afflictio  
 dicitur *trigoris*, hoc est, excoctio uel examina-  
 tio



tio per ignem: qua non perditur, sed purgatur  
 aurum. Non est igitur mala homini & fugien-  
 da, sed bona et salutaris. Effectus afflictionis est  
 ingens bonū, ut experimento cognoscatur, pro-  
 bata, uera, solida pietas. Oportet uenire tum  
 hereses, tum persecutiones tyrannicas, ut qui  
 probati sunt, manifesti fiant. Similitudo.  
 Sicut aurum res caduca & friuola, non eter-  
 na, igne examinatur, non conficitur: ita pij af-  
 flictionibus. Finis est afflictionum beatitudo, nō  
 exitiū. Si quid patimini propter iustitiam, bea-  
 ti estis, ait Petrus: sicut & dominus Christus.  
 Causa efficiens est, Dei uoluntas & providen-  
 tia, sine cuius præscientia nutuq; nihil accide-  
 re potest homini. Deus autem quem sit opti-  
 mus, nihil sinit euenire, quod non sit bonum.  
 Quæ ratio in ethnicis etiam fuit efficacissima.  
 Vnde Petrus ait, Si sit uoluntas Dei. & ipsi  
 Deo curæ estis. Ita Christus confirmat suos di-  
 scipulos: Nam & capilli uestri capitis numera-  
 ti sunt, quorum nullus cadit in terram sine pa-  
 tre uestro cœlesti. Satan mouet etiam perse-  
 cutiones ad exitium hominum, circueus ut leo  
 rugiens, & quærens quem deuoret. Sed Deus  
 id permittit fieri ad bonum magnum piorum,  
 qui solidi fide reluctantur satanæ. Subiectū  
 afflictionis est, Christus Dei filius dilectus: qui  
 pro

propterea non fuit miser & infelix, sed beatus. Subiecti sunt omnes pij afflictionibus, Noe, Abraham, Lot, alijq; patriarchæ et prophetae, & apostoli. Ita Christus inquit, Gaudete in afflictionibus. Sic enim fecerunt prophetis. Si conferantur obiecti uexationibus, cum Christianis, erunt ratione connexorum comparati. Non est impatienter ferenda afflictio, cum habeamus socios & consortes optimos, sanctissimos, sapiētissimos uiros, summos Dei amicos, & ipsum ad eodē filium Dei unigenitum. Tempus afflictionis breue est. Temporaria quoque sunt & minimē diuturna bona, ob quæ infirmi deserunt Christianam professionem. Omnium enim finis in proximo est. Persecuere in religione uera, eiusmodi habet rationes. Ut possimus durare in omnibus asperis & molestis carni humanæ, causa efficiens est Deus, opem præsentissimam ostendens suis athleticis et milicibus. Curat enim, fauet, solatur, instaurat, sulcit, roborat, datq; felicissimum exitum cunctatione. Finis est, præmium amplissimū propositum à Deo, qui repondit unicuiq; iuxta opus suū: qui iudicaturus est uiuos & mortuos. Comparata. Christus pertulit omnia cōstantissime, Deo uindictam permittēs, qui dicit: Mihi uindictam, ego retribuam. Talibus rationibus

nibus, tam diuinis, Petrus cœlestis orator mon-  
strat, Christianos, dum ob Dei sanctam religio-  
nem affliguntur, oportere gradum suum tene-  
re, minimeq; ritu militum ignauorū de sua sta-  
tione credere. Quæ singulæ si explicentur co-  
nata rhetorico, Deus bone, quàm ampla et ma-  
gnifica oratio producet? Eadem rationes ta-  
men nudæ & simplices, si diligenter in animo  
uersentur, confirmabunt animos ueluti sacræ  
ancoræ contra omnes tempestates, quæ nauicu-  
læ Petri, & ecclesiæ cuius, aut singulis Chri-  
stianis naufragium circa fidem catholicam ui-  
dentur moliri.

POSTERIORIS EPISTOLÆ  
Petri apostoli pensitatio.

**S**tatum & caput epistolæ huius ipse quoq;  
Petrus, sicut & prioris epistolæ, ostendit.  
Nam in salutatione docet, se ad Christianos  
scribere, quos designat, eos qui à Deo sortiti  
sunt tandem fidem cum Petro: quam in utraq;  
epistolâ plenissimè expressit. Cap. 3. indicat  
alteram epistolam eiusdem argumenti esse cum  
priori: quæ est suasoria, ut perstent Christiani  
in fide. Sed præmonitionē adiunctam esse, cla-  
rè patet 2. cap. quum prædicit spiritu uaticini-  
o, ut Paulus, fore ut seductores in ecclesia exo-  
riantur.

riantur. Et 1. cap. consilium suum aperit, quod instituerit commonere, ut persistent in presenti ueritate. Sic igitur scopum epistolæ comprehendere licet. Christiani, quum tentantur nouis doctrinis, persistent in religione ab apostolis sibi tradita. Partes epistolæ sunt quatuor. Saluatio, uel inscriptio duobus primis uersibus comprehensa: Interfatio, quæ proæmij rationes habet, uersu 11. 12. 13. capitis primi: Cōclusio, quæ ultimo uersu absoluitur. In reliquis explicat rationes quibus planum facit, perstandū esse in religione & doctrina Christiana, quam apostoli ecclesiæ tradiderunt: minimeq; auscultandum falsis doctoribus, uel potius planis & illusoribus. Quorū duo extremæ impietatis & perniciosissima dogmata perstringit nominatim, quæ fidem subuertunt, & uitæ sanctimoniam extinguunt penitus. Alterū est, quod negat Christum Dominum, qui pretio sanguinis redemit homines. Quod non tantum fecerunt hæreses & sectæ, quæ Christum negant Deum esse, aut uerum hominem, aut mortuum: sed etiam illi faciunt, qui Christi mortem non sinunt esse perfectissimum opus nostræ redemptionis, sed contendunt alia etiam ad salutem æternam esse necessaria. Alterum est sophisticum dogma, uel potius diabolicū, quod negat finem mun-

di, & quæ illi necessariò consequuntur, mortuorum resurrectione, Christi gloriosum aduentum, iudicium uniuersale, et futurum seculum.

Quod pseudodidascali futuri sint in ecclesia Christi, eodẽ spiritu Petrus præmonet, quo Paulus, quum scribit, spiritus certò loquitur, quòd in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, &c. Id struit tamen ratione. In ueteri populo Israel fuerunt pseudoprophetae. Erunt igitur etiam in ecclesia Christiana. Vt Moysi & omnibus prophetis negotium fecerint pseudoprophetae, patet in historia. Quoniamq; iubet meminisse illorum quæ prædixerunt prophetae, Christus, apostoli, autoritate quoq; fidẽ facit. Eosq; definit sectarum pestilentium autores, abnegantes Dominum, qui redemit eos. Opus enim redemptionis Christo non solidè concedunt: & potestatem & munus Christi hominibus etiam tribuunt, quos uidelicet, ut uiuas imagines Christi, & tanquam Deum uenerari oporteat: qui maxime dissipant unitatem ecclesie catholice. Definit etiam illusores, ut Psal. i. cathedra illusorum dicitur, qui iuxta proprias concupiscentias ambulant, suis legibus suo iure uiuunt, & nolunt regi Christi principis legibus. Cause quæ mouent eos, apertuntur, non suggestiones spiritus sancti, neque studium



dium publicæ utilitatis, sed auaricia, cupiditas  
 excellentiæ, superbia, uoluptatis studium. Ne  
 tacet, quales sint animo & factis. Nempe ope-  
 ra sunt, quod uoluptuantur, comessantur, scor-  
 tantur, luxuriantur, & splendide uiuunt, nego-  
 tiantur, & religionis atq; salutis negotium uer-  
 tunt in questum, dum cœlum, gratia Dei, sacra-  
 menta Dei, Christi meritum, breuiter omnia  
 sunt uenalia. In prophetia & doctrina imitan-  
 tur Balaamum ariolum. Sunt maledici, etiam  
 que ignorant, conuicijs & calumnijs incessan-  
 tes. Grandiloqui sunt, pollicentur libertatem et  
 alia bona, sed uanè: frustrantur enim homines,  
 ut fons aqua carens fallit sitientem, ut nubes ex-  
 pectantem pluuias. Honore potestateg; legiti-  
 ma præditos probris lacerant: tantum abest, ut  
 obedientiam debitam præstent. Breuiter, sunt  
 labes & macula ecclesiæ, animalia bruta, por-  
 ci & canes. Ex his perspicitur animus eorum.  
 Sunt enim ficti, dolosi, perfidi, auari, libidino-  
 si, superbi, audaces, impudentes, præfracti. Suc-  
 cessus quoq; indicatur, quòd multi sequantur se-  
 ctas eorum: utq; Paulus dicit, prauis homines et  
 impostores progrediuntur in peius, dum sedu-  
 eunt & seducuntur. Finis autem proponitur  
 & illis, & sectatoribus ipsorum, infaustus. Ca-  
 pientur enim ut seræ, & rapiuntur in exitium,

peribunt iusto & horrendo iudicio Dei, ut cœdædæmones, ut diluuiο perditī, ut in Sodomis extincti. Quomodo uerò caueri possint, et deuitari exitium eis paratum, paucis quidem uerbis, sed planissimè docet: si homines memores sint, & attendant Christi, prophetarum, & apostolorum dicta, & illis se tanquam exploratæ fidei ducibus ad beatam uitam committant.

Porro quòd caueri debeant falsi doctores, rationibus solidis arguit apostolus. Ponatur igitur ob oculos primaria propositio. Christiani, dum nouis doctrinis et religionibus tentantur, persistent in religione ab apostolis tradita. Quæ his uerbis enunciatur: Cauete, ne insipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. Crescite uerò & satagite, ut firmam ac ratam faciatis uestram uocationem & electionem. Fugientes corruptionem concupiscentiæ, quæ in mundo est, & in hoc ipsum omni studio impensoliqua, quæ gradatione scita connectit. Ratio nes autem eiusmodi ferè sunt. In salutatione, Christiani definitio ponitur, quæ cõcludit propositum. Qui æqualem cum Petro & apostolis cæteris fidem sortiti sunt, in iustitia Dei nostri & seruatoris Iesu Christi, debent in religione Christi perstare, et non moueri uentis no-

arum doctrinarum. A partibus, absoluta  
 & perfectissima religio est à Christi apostolis  
 tradita. Diuina enim Christi uirtus per cogni-  
 tionem Dei uocantis, per gloriam et uirtutem  
 eius, omnia donauit nobis, quæ ad pietatem &  
 uitam pertinent, ut diuinæ consortes naturæ ef-  
 ficiamur. Causa efficiens religionis traditæ  
 à Petro & apostolis, Christus dominus Deus  
 & saluator, & pater Christi. Effectus: Ea reli-  
 gio, si in fide præstetur uirtus, in uirtute scien-  
 tia, in scientia temperantia, in temperantia pa-  
 tientia, in patientia pietas, in pietate fraternæ  
 charitas, in ea dilectio, abunde instruit ad om-  
 nia opera bona, et amplissima præmia quæ con-  
 sequentur. neque opus est nouis articulis fidei,  
 aut legibus. Item, non labemini unquam. Fi-  
 nis: Sic abunde subministrabitur uobis introi-  
 tus in æternum regnum Christi, ueræq; beatitu-  
 do, ut fiamus consortes naturæ diuinæ: quod a-  
 nimarum salutem dicit in priori epistola. Cer-  
 ta & testatissima est religio per apostolos tra-  
 dita: quod adiacens aut cõnexum religionis ha-  
 beri potest. Petrus enim & apostoli, non cogi-  
 tationibus argutis excogitarunt hanc religio-  
 nem, non somnia & fabulas tradidere, sed uisa,  
 audita, comperta tradidere. Ita Ioannes: Testi-  
 ficamur, inquit, de uerbo uitæ, quod uidimus.

audiuimus, nostræ manus contrectauerunt. Testata est uoce Dei patris, cœlitus missa, ut in monte sancto, & in baptismo Christi. Testata est in sermonibus prophetarum, adeoq; à spiritu sancto, quo autore locuti sunt Prophetæ. Ex oppositis, qui non perstat in hac religione, stultus est, cæcus & amens est. Turpissimū est & perniciosissimū deficere, ut peiora sentiant apostata, quàm illi qui nunquã fuisse consortes religionis, & turpius se gerant. Quem admodum & Christus loquitur de eiecto malo spiritu, & domo scopis purgata. Puniuntur etiam à Domino, qui deserunt agnitam & confessam religionem, ut qui scelus maximum commiserunt. Quod probatur exemplis tribus, resurgarum angelorum, mundi summersi diluuiio, et urbium quas dira conflagratio perdidit. Et ex inductio concludit, Deum iudicare ac damnare impios omnes, & pios quantumuis pauculos seruare. Impiam uerò & plusquàm Epicuream opinionem negantium finem mundi, refutat rationibus ductis à natura Dei, à pronunciatis & promissis Dei, ab exemplo diluuij, à conditione mundi. Et hæc quidem de utraq; epistola. Eram etiam uerborum & rerum singularum adiecturus explicationem. Sed temporis & occupationum angustia exclusit

fit. Quod tamē, uti spero, per Christi gratiam cum scēnore præstabo.

DEMONSTRATIVI  
generis.

Catholicæ fidei confessio, quam beatus Petrus & suo, & omnium discipulorum nomine edidit IESV Christo, quū in itinere sciscitaretur, primū quē ipsum esse dicerent homines: deinde, quem esse ipsi apostoli dicerent. Quam fidei confessionem ita probavit Dominus IESVS, ut pronunciauerit, hoc ipsum esse fundamentum ecclesiæ Christi, Quæ quidē extat in Euangelio secundum Marcum VIII. cap. & Matth. XVI. capite. Ex Matthæo autem transcripsi eam.

14 Dicit illis (Iesus) Vos autē quē me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Christ<sup>9</sup> filius Dei uiui.

Ille filius, Nō articulus emphaticum habet.

15 Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.

16 Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædifica-

Rectius. At ego quod dico tibi, quod sit.



Latinus, inferorum.

Pluralia sunt in Græco, quæcunq; ligata, soluta;

bo ecclesiam meam: & portæ inferi non praualebunt aduersus eam.

17 Et tibi dabo clauēs regni cœlorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatū in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum in cœlis.

*Catholicæ fidei confessio, quam beatus Petrus edidit in Capernaum, non tantum suo, uerum etiam reliquorum discipulorum nomine: quando Christus interrogauit duodecim apostolos. Nunquid & uos uultis abire? Multi enim discipuli ab eo desciuerūt, quū docuisset in schola Capernaumica, neminem posse uitam æternam consequi, nisi qui edat carnem, et bibat sanguinē filij hominis: hoc est, ut ipsemet Christus interpretatur, nisi qui credat, sibi donari à Deo remissionem peccatorum, iustitiam, sanctitatem, & uitam æternam, per mortem filij hominis, qui & filius Dei existit. Quod in euangelio Ioannis 6 cap. legimus.*

70 Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid et uos uultis abire?

71 Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus?

Ver

72 Verba uitæ æternæ habes: & nos (credidimus) credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.

*Confessio nominis IESV Christi, edita per sanctum Petrum suo & Ioannis euangelistæ nomine, in urbe Hierusalem coram Anna et Caiapha, et cæteris omnibus generis pontificij, necnon coram scribis, & senioribus, & principibus Israelitici populi: quum hi duo apostoli ab eis tenerentur uincti, propterea quod in nomine IESV hominem claudum sanassent, ac docerent in eo solo positam esse spem resurrectionis, & uniuersæ salutis. Id quod legimus Actorum quarto capite.*

5 Tunc repletus spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi & seniores Israel (audite) Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est; notum sit omnibus uobis, & omni plebi Israel, (quod) quia in nomine (Domini nostri) Iesu Christi Nazareni quem uos crucifixistis, quæ Deus suscitauit à mor-

*Plinius, estimans de eo quod beneficiimus homini.*

tuis, in hoc iste adstat coram uobis  
sanus.

Magis, pro ni-  
hilo habitus.

In, Ebraico  
more super-  
est.

inter homi-  
nes. Eraf. id  
est, quod con-  
pigerit audiri.

6 Hic est lapis, qui reprobatus est  
à uobis ædificantib⁹: qui factus est  
in caput anguli, (et non) nec est in  
alio quoquam salus.

7 Nec enim aliud nomē est (sub  
cælo) datū hominib⁹, in quo oportet  
nos saluos fieri.

*Confessio diuinæ opis, et gratiarum actio,  
quam edidit beatus Petrus ereptus è carcere  
per angelum Domini: quando eum Herodes oc-  
cidere uoluit, ut Iacobum. Actor. XII. capite,  
uersu 15.*

Et Petrus ad se reuersus dixit:  
Nunc scio uerè, (quòd miserit) quia  
misit Dominus angelum suum, &  
eripuit me de manu Herodis, & de  
omni expectatione plebis Iudæo-  
rum.

*Confessiones beati Petri, quibus confitetur  
humanam sortem atq; imbecillitatem, itemq;  
peccata sua, et quòd indigeat gratia Dei per  
inde atq; cæteri homines. Veluti Actor. X. ca-  
pite, uersu 25. Quum aduenientem Petrus  
Corne-*

Cornelius exciperet adorabundus, istuc officium, ut immodicum respuit Apostolus hisce uerbis:

Petrus uerò eleuauit eum, dicēs:  
Surge, & ego ipse homo sum.

Accurrente populo & stupefacto, quum uideret rectum ingredi, qui ab utero suæ matris claudus fuerat: Petrus autem in nomine Christi sanum fecerat, sic loquitur Apostolus, Actor. III. cap.

14 Viri Israelite, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?

miramini in hoc cum præpositione, ut Ebraei, uel al.

15 Deus Abraham, & (Deus) Isaac, & (Deus) Iacob, Deus patrum nostrorū, glorificauit filium suum IESUM, quem uos quidem tradidistis, et negastis ante faciem Pilati. et reliqua.

in conspectu, uel corā Ebr.

Quum Petrus & sodales iussu Domini Iesu rete iacentes, magnam uim pisciū cepissent, ipse Petrus ad genua Domini procidens, ait: ut Lucæ V. cap. uersu 9. legitur:

9 Exi (discede) à me Domine: quia homo

homo peccator sum.

Ceterum Domino ablucante pedes suorum discipulorum, Petrus planè recusat istud obsequium accipere à Domino, quippe indignissimus, ut Ioan. 13. cap. uersu 9. scriptum est. At ubi audiuit à Christo dici: Si non lauero te, nò habebis partem mecum; ita loquitur,

Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.

Quum ageretur Hierosolymis in concilio de lege Moysis imponenda credentibus in Christum, Petrus ingenuè confitetur, neq; se praestitisse, aut potuisse praestare legem, neq; patres Israelitas. ut Act. 15. cap. legimus:

9 Nunc ergo quid tentatis Deum, (ut imponatur) imponere iugum super ceruices discipulorũ, quòd neque nos, neq; patres nostri portare potuimus?

10 Sed per gratiam Domini (nostri) IESU Christi credimus (nos saluos futuros) saluari, quemadmodum & illi.

Catachesis, qua Petrus apostolus in fide Christiana erudit familiã Cornelij Romani ciuis

Ordo non nihil mutatur: quod neq; patres nostri, neque nos.



us, tum agentis centurionem Casarea. Quando per angelum suum Deus & Cornelium admonuit, ut ad se Petrum accerferet, & Petrum iussit, qui eum accederet causa docendi. Quod Actorum 10. capite legimus.

32 Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In ueritate (comperio quod non sit) comperi, quia non est personarum (respectus apud Deum) acceptor Deus: sed in (quavis) omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Latinius, *con-*  
*lit iust.*

33 Verbum misit (Deus) filiis Israel, annunciās pacem per IESUM Christum: hic est omnium dominus.

Obscurior sententia est, ob parenthe-  
sim & hyper-  
baron: uerbum  
quod misit fi-  
liis Israel, an-  
nunciāns pa-  
cem per Ie-  
sum Christum  
(hic est om-  
nium domi-  
nus) ipsi no-  
stis: uerbum in-  
quam, quod  
factum est per  
omnem Iudaeā,  
rumore pri-  
mum orto in  
Galilæa.

34 Vos scitis, quod factum est uerbum per uniuersam Iudæam: inci- piens (enim) à Galilæa post baptil- mum, quod prædicauit Ioannes, (ut Iesum Nazarenum unxerit Deus.) Ie- sum à Nazareth, quomodo unxit eum Deus spiritu sancto & uirtute.

35 Qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à dia-  
bolo

bolo: quoniam Deus erat cum illo.

36 Et nos testes sumus omnium  
quæ fecit in regione Iudæorum &  
(in) Hierusalem, quem occiderunt  
(suspensum) suspendentes in ligno.

37 Hunc Deus suscitavit tertia  
die, et (exhibuit eum, ut manifestus fieret)  
dedit eum manifestum fieri nõ om-  
ni populo, sed testib<sup>o</sup> (delectis per suf-  
fragia) præordinatis à Deo nobis,  
qui manducauimus & bibimus cū  
illo, postquã resurrexit à mortuis.

38 Et præcepit nobis prædicare  
populo, & testificari, (quòd ipse sit ille)  
quia ipse est, qui cõstitutus est à  
Deo iudex uiuorum & mortuorũ.

39 Huic omnes prophetæ testi-  
monium perhibent, (quòd remissionẽ  
peccatorum accepturus sit omnis qui credide-  
rit,) remissionem peccatorum acci-  
pere per nomẽ eius, omnes qui cre-  
dunt in eum.

40 Adhuc loquente Petro uer-  
ba hæc, cecidit spiritus sanctus super  
per

per omnes, qui audiebant uerbū.

41 Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est.

42 Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deū.

43 Tunc respondit Petrus: Numquid aquā quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui spiritū sanctum acceperunt, sicut & nos?

44 Et iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi.

*Oraculi expositio, quo Dominus Petrum apostolum edocuit, neq; Cornelium centurionem ethnicum hominem, neq; ullos gentiles repudiandos esse: quippe qui ad consortium Christi & ad ecclesiam æque pertineant, atque iudei: quod oraculum perstringitur Actorū XI. cap. in apologia: decimo autem capite plenius commemoratur.*

Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus

Planus est. Et obstup. Si qui erant ex circuncisione fideles, quorum uenerant cū Petro, quod & in gentes donum spiritus sancti effusum esse.

Clarius. Num quis uerare potest, quo minus baptizentur aqua.

Hebr. more so-  
nat date elee-  
mosynam, aut  
beneficium.

sus, & timens Deum cum omni do-  
mo sua, faciens eleemosynas mul-  
tas plebi, & deprecās Deū semper.

2 Is uident in uisu manifestē, (circi-  
ter horam nonam) quasi hora diei non-  
na, angelum Dei intro euntem ad  
se, & dicentem sibi, Cornelii.

3 At ille intuens eum, (&) timore  
corruptus dixit: (quid) quis es Do-  
mine?

Tropus Heb.  
pro, Deus re-  
spexit.

4 Dixit autē illi: Orationes tuæ  
& eleemosynæ tuæ ascenderunt in  
memoriam in conspectu Dei.

5 Et nunc mitte uiros in Ioppen,  
& accersi Simonem (quendam) qui  
cognominatur Petrus.

6 Hic hospitatur apud Simonem  
quendam coriarium, cuius est do-  
mus iuxta mare: hic dicet tibi, quid  
te oporteat facere.

vel glorum:  
quod Hebr. di-  
cunt metuen-  
tem Deū. Græ-  
ce autem  
θεοφοβῶν,  
id est, pius.

7 Et cū discessisset angelus, qui  
loquebatur illi, uocauit duos do-  
mesticos suos, & militem metuen-  
tem Dominum, ex his qui illi pare-  
bant

bant. Quibus cū narrasset omnia, misit illos in Ioppen.

adherebāt, de  
assistebant.

8 Postera autem die iter illis faciētibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.

*ἀναγε*  
reddunt do-  
ma, & tectum  
atibi.

9 Et cum esuriret, uoluit gustare.

10 Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus; & uidit caelum apertum, & descendēs uas quoddam uelut linteum magnum quatuor in iis (*alligatum & demissum*) submitti de caelo in terram.

Ebr. uerbo ca-  
dendi utitur,  
significantes  
extra se raptū

11 In quo erant omnia quadrupedia, & serpētia terrae, & uolatilia caeli.

Graece, qua-  
drupedia ter-  
rae & bestiae,  
&c.

12 Et facta est uox ad eum; Surge Petre, occide, & manduca.

Ebr. pro edi-  
ta.

13 Ait autem Petrus: (*Nequaquam*) Absit Domine, quia nunquā manducaui omne cōmune, aut immundum.

Macta, uel sa-  
crifica, & ede  
Ebr. prophā-  
num & impu-  
rū dicūt hoc  
quod opponi-  
tur sanctio, pri-  
uato, singula-  
ri, quicquam  
melius, quam  
omne.

14 Et uox (*rursus iterum*) iterum secundò ad eum; Quod Deus purifi-



Pluralia sunt,  
quæ commu-  
nia ne feceris,  
id est, impura.

Ad ter, Ebr.  
pro ter aut ter-  
tio.

cavit, tu commune ne dixeris.

15 Hoc autem factum est per ter-  
& (rursus) statim receptū est uas in  
cœlum.

16 Et dum intra se hæsitaret Pe-  
trus, (quæ) quid nā esset uisio, quā  
uidisset: ecce uiri, qui missi erant à  
Cornelio, (percontati de domo) in qua  
rentes domum Simonis adstiterūt  
ad ianuam.

17 Et (euocato quopiam interrog. an)  
cum uocassent, interrogabant, si Si-  
mon, qui cognominatur Petrus, il-  
lic haberet hospitium.

18 Petro autē cogitante de uisio-  
ne, dixit spiritus ei: Ecce uiri (tres)  
quærunte te: Surge itaq; & descen-  
de, & uade cum eis, nihil dubitans,  
quia ego misi illos.

19 Descendens autem Petrus ad  
uiros dixit: Ecce ego sum, quē quæ-  
ritis? quæ causa (est,) propter quam  
(adestis) uenistis?

20 Qui dixerunt: Cornelius cen-  
turio

Alibi uno uer-  
bo reddidit ho-  
spitati.

turio, uir iustus et timens Deum, et testimonium habens ab uniuersa gente Iudæorum (oraculo admonitus est) respōsum accepit ab angelo sancto, accersiri te in domum suam, & audire uerba abs te.

21 Introducens ergo eos, recepit hospitio.

22 Sequenti autem die (postero autem die Petrus) surgens, profectus est cum illis; & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum: (postridie uerò introierunt) altera autem die introiuit Cæsaream.

23 Cornelius uerò expectabat illos conuocatis cognatis suis, & necessarijs amicis.

24 Et factum est, cum (introiret) introisset Petrus, obuius uenit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius, adorauit eum.

25 Petrus uerò eleuauit eum, dicens: Surge, et ego ipse homo sum.

26 Et (colloquens) loquēs cum illo,

Græca locutio, pro, ut accesseret, uel accessitum te.

Intro uocatos, uel inuitatos exceptio spiritus.

nefas sit adhæ-  
rere, aut ag-  
glutinari.

& quæ Ebr.  
sepe est ad-  
uersatiua con-  
iunctio.

quarto ab hîc  
die usque ad  
hanc horam,  
uel tempus, se-  
debã ieiunãs,  
& hora nona  
orans. Si pro

*וְיָצֵא*

legatur

*וְיָצֵא*,

est Ebr. peri-  
phrasis imper-  
fecti, eram iei-  
unãs, id est, ie-  
iunabam.

In memoria  
habitæ, id est  
habita est ra-  
tio earum.

In Græ. addi-  
tur, qui adue-  
nions loque-  
tur tibi.

intrauit, & inuenit multos, qui con-  
uenerãt, dixitq; ad illos: Vos scitis,  
quomodo abominatum sit uiro lu-  
dæo coniungi, aut accedere ad alie-  
nigenam.

27 Sed mihi ostendit Deus, ne-  
minem (*profanum uel impurum*) com-  
munem aut immundum dicere ho-  
minem, (*quapropter citra contradic-  
tionem*) propter quod sine dubitatio-  
ne ueni accersitus: Interrogo ergo,  
ob quam causam accersistis me?

28 Et Cornelius ait: A nudius-  
quarta die usque ad hanc horam,  
orans eram hora nona in domo  
mea, & ecce uir stetit ante me in ue-  
ste (*splendida*) candida, & ait: Corne-  
li, exaudita est oratio tua, & elec-  
mosynæ tuæ commemoratæ sunt  
in conspectu Dei.

29 Mitte ergo in Ioppen, & accer-  
si Simonem, qui cognominatur Pe-  
trus: hic hospitatur in domo Simo-  
nis coriarij iuxta mare.

Con-

20 Confestim ergo misi ad te, & tu benefecisti ueniendo.

31 Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quaecumque tibi praecepta sunt à Domino.

Dei adsumus ut audiamus. In conspectu Dei, uel iurantis est, coram Deo, ut Paulus aliquando iurat: uel, auctori sumus te ceu praesente Deo.

### IVDICIALIS GENERIS.

D Annatio Ananiae, qui diuendita sua possessione, aliquantam eius pretij partem attulit apostolis, partem sibi asseruauit, mentiens se uniuersam pecuniam adtulisse. Actorum 5. cap.

2 Dixit autem Petrus ad Ananiam: Anania, cur tetauit satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri?

3 Nonne manens tibi manebat, et uenditum in tua erat potestate?

4 Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

5 Audiens autem Ananias haec uerba (collapsus) cecidit, & expirauit: & factus est timor magnus super

Id nimirum expressit ex *ἐπιείκειαν*. Alij codices habent *ἐπιείκειαν*, impleuit.

Græca structura, ut mentiretis.

Geminatio Ebraica intendit rem, omnino tibi manebat.

Venditum. Ebr. locutio pro induxisti in animum.

Ebr. pro timor insasit omnes.

omnes qui audiuerunt.

*Damnatio Sapphiræ, quæ cum marito Anania conspirauerat in dolum malum: quo conati sunt imponere apostolis et toti ecclesiæ. Act. 5. cap.*

7 Factum est autem (sermè interualum horarum) quasi horarum triū spacium, & uxor ipsius nesciens, quod factum fuerat, introiuit.

Respondit  
Ebraico more,  
quum nihil sit  
interrogatum,

8 Dixit autem ei Petrus: Dic mihi (mulier,) (num) si tanti agrū uendidistis? At illa dixit, Etiam, tanti.

dixit ad eam:  
Cur est conspiratum à uobis,  
ut tentaretis, &c.

9 Petrus autem ad eam: Quid uobis conuenit uobis, tentare spiritū Domini?

10 Ecce pedes eorum, qui se pelierunt uirum tuum ad ostium, & esserent te.

11 Confestim (autem cecidit ad pedes) cecidit ante pedes ei, & expirauit.

*Anathematismus in Simonem Samaritanum magum, à quo Simoniaca hæresis originem duxit. Qui uidens dari spiritum sanctum per impositionem manuum apostolorum, obtulit pecunias apostolis, ut ipsi quoque eam potestatem con-*



conferrent, ut cuicumq; manus imponeret, acciperet spiritum sanctum. Petrus autem dira imprecatione deuouit eum. ut Actorum 8. cap. legitur, nisi resipiscat.

19 Cum uidisset aut Simon (quod per impositionem manuum) quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis (pecunias) pecuniam dicens: Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum.

Ebraicissimus & Latina locutio est.

20 Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia (parari) possideri.

Latinius, Petrus cum tua pecunia, uel pereat pecunia tua tecum.

21 Non est enim tibi pars, neque fors in (ratione hac, uel in hoc negotio) sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22 Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

Resipisce igitur ab hac malitia.

Bili: Colligat  
tione. id est  
obnoxium 2-  
marulctia, &  
iniquitati.

23 In felle enim amaritudinis, &  
obligatione iniquitatis uideo te ele  
se.

*Absolutio apostolica peccatum remittens.*  
Quum enim Israelitæ audientes à se Mesiam  
uerum actum esse in crucem, animis cruciaren-  
tur, ac peterent sibi ostendi, quid facere oport-  
teat, Petrus iubet eos fidere misericordie Dei  
per nomen Christi IESV: & si respiscant, iu-  
bet animo bono esse. ut Actor. 2. cap. legitur.

31 His autem auditis, compuncti  
sunt corde, & dixerunt ad Petrum,  
& (ad) reliquos apostolos: Quid fa-  
ciemus, uiri fratres?

32 Petrus autem ad illos: Pœni-  
tentiam, inquit, agite, (Petrus ait ad il-  
los: respiscite) & baptizetur unusquis-  
que uestrûm in nomine IESV Chri-  
sti, in remissionem peccatorum (ue-  
strorum:) & accipietis donum spiri-  
tus sancti.

33 Vobis enim est repromissio, et  
filijs uestris, & omnibus qui lon-  
gè sunt, quoscunque aduocauerit  
Domini.

ut Ebr. posses-  
sionem signi-  
ficat lachem,  
id est ad uos,  
pro, uestra est  
promissio &  
filijs, &c.  
Alii, facta sub  
audiunt, uel  
ad uos perti-  
net.

Dominus Deus noster.

34 Alijs (q̄) etiam uerbis plurimis testificatus est, & (exhortatus est) exhortabatur eos dicens: Saluamini à generatione ista praua.

25 Qui ergo receperunt sermonē eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

*Absolutio liberatioq̄; hominis à morbo: qui cum fuisset claudus ab utero matris, Petrus ei restituit usum membrorum in nomine Christi, autoritate apostolica: de qua Matth. 12. Marc. 3. Luc. 9. nempe in peccata, in morbos, & in caudæmones. Id scriptum est Actorum 3. cap.*

5 Petrus autem dixit: Argentum & aurum nō est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do.

6 In nomine IESU Christi Nazareni, surge, & ambula.

7 Et apprehensa manu eius dextra, (erexit) alleuauit eum.

8 Et protinus cōsolidatæ sunt bases eius, & plantæ: & exiliens stetit,

ut Ebr. loquūtur per malat: euadite, eripite uos ab ista natione, uel gente praua.

Græc. addū, libenter.

Latini, ter mille,

Ebr. per uerbum substantiuum exprimunt possesionem: quod est mihi, &c.

gressus uel pedes, ut Ebr. loquūtur, per trædim & alchurim &c.

& ambulabat, & intrauit cum illis  
in templum, ambulans, & (saluens)  
exiliens, & laudans Deum.

*Sententia iudicialis, & decretum synodale  
Petri apostoli in cōcilio Hierosolymis coacto.  
Quando Iudaizantes quidam tumultuaban-  
tur, asserentes, circumcisionem esse necessariam  
ad salutem, itemq; legis Mosaicæ totius obser-  
uationē. Petrus autem statuit tam ethnicos ho-  
mines, quàm Iudæos, saluos fieri per gratiam  
IESV Christi, absq; cæremonijs & operibus  
legis. ut Act. 15. legimus.*

7 Quum autē magna (disceptatio)  
cōquilitio fieret, surgens Petrus di-  
xit ad eos: Viri fratres, uos scitis,  
quoniam ab antiquis diebus Deus  
in nobis elegit, per os meum audi-  
re gentes uerbum euangelij & cre-  
dere.

8 Et qui nouit corda Deus, testi-  
moniū perhibuit (illis) dās illis spiri-  
tum sanctū, sicut & nobis, & nihil  
discreuit inter nos & illos, fide puri-  
ficans corda eorum,

9 Nunc ergo quid tentatis Deū,  
(16)

quod iam o-  
lim Deus ele-  
gerit nos, ut  
per os meum  
gentes audiāt  
uerbum euan-  
gelij, & cre-  
dant. Eligere  
cum In prepo-  
sitione con-  
struit, Ebraic-  
o more, bati-  
bar banu.

nomē, cordiū  
segnitor,

(ut imponatur) imponere iugū super  
cervices discipulorum, quod neq;  
nos. neq; patres nostri portare po-  
tuimus?

Ordo muta-  
tus: neque pa-  
tres nostri, ne-  
que nos.

10 Sed per gratiam Domini (no-  
stri) IESU Christi credimus (nos sal-  
uos futuros) saluari, quemadmodum  
& illi.

*Apologia, qua beatus Petrus defendit disci-  
pulos Christi, quum audientes eos loqui uarijs  
linguis, accepto spiritu sancto, aliqui stuperēt,  
aliqui dicerent eos madere uino. Petrus autem  
docet, eos spiritu sancto repletos loqui magnifi-  
cantes Dei. Actor. 2. cap.*

10 Stans autem Petrus cum unde-  
cim, eleuauit uocem suam, & locu-  
tus est eis.

Ebr. alta uo-  
ce locutus est.

11 Viri Iudæi, & qui habitatis Hie-  
rusalem uniuersi, hoc uobis notū  
sit, & auribus percipite uerba mea.

Interpretatio  
Ebreis fami-  
liaris.

12 Non enim, sicut uos existima-  
tis, hi ebrij sunt, cū sit hora diei ter-  
tia.

13 Sed hoc est, quod dictum est  
per



Deus, Effun-  
dam metapho-  
ricos: id est,  
Large, copio-  
sissime uber-  
time donabo,

per prophetam loel: Et erit in no-  
uissimis diebus, dicit Dominus, ef-  
fundam de spiritu meo super om-  
nem carnem: & prophetabunt filij  
uestri, & filia uestra: & iuuenes ue-  
stri uisiones uidebunt, & seniores  
uestri somnia somniabunt.

Ebr. edā por-  
tentia.

14 Et quidē super seruos meos, et  
ancillas meas in dieb<sup>9</sup> illis effundā  
de spiritu meo, & prophetabunt, et  
dabo prodigia in cœlo fursum, & si-  
gna in terra (*suprà, infrà*) deorsum,  
sanguinem, & ignem, & uaporem  
fumi.

addendum, il-  
le,

15 Sol conuertetur in tenebras, &  
luna in sanguinem, antequam ue-  
niat dies Domini magnus & mani-  
festus,

16 Et erit: Omnis quicumq; inuo-  
cauerit nomē Domini, (*seruabitur*)  
saluus erit.

exhibitū er-  
ga uos. Eras.  
uel potius, de  
claratum in-  
ter uos,

17 Viri Israelitę, audite uerba hæc:  
18 Iesum Nazarenum, uirum ap-  
probatum à Deo in uobis, uirtuti-  
bus

bus & prodigijs, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio uestri, sicut scitis: hunc (definito) destinato consilio & præscientia Dei traditū per manus iniquorum, affligentes interemistis.

19 Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

20 David enim dicit (de eo) in eū: Prouidebam Dominum (coram me) in conspectu meo semper, quoniā à dextris est mihi, ne commouear.

21 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.

22 Insuper & caro mea quiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctū tuum uidere corruptionem.

23 Notas fecisti mihi uias uitæ, replebis me iocunditate cum facie tua.

24 Viri fratres, liceat (liberè apud

Ebr. pro inter uos, uel in uobis.

exhibitum cum accepissetis per manus iniquorū, id est per iniquos, uel opera iniquorū.

mortis: quare nus uel propterea quod.

ea, scilicet morte.

Permites, ut sanctus tuus sentiat corruptionem. Id enim Ebr. sonant.

nos dicere de patriarcha David quod  
 audenter dicere ad uos de patriar-  
 cha David, quoniã defunctus est,  
 (et sepultus est) & sepulchrũ eius est  
 apud nos usq; in hodiernũ diem.

25 Propheta igitur cum esset, &  
 sciret (quod) quia iureiurando iuraf-  
 set illi Deus (fore ut aliquis sedeat) de  
 fructu lumbi eius sedere super se-  
 dem eius, (præsciens) prouidens lo-  
 cutus est de resurrectione Christi,  
 (quod non derelicta sit in inferno anima ei-  
 us) quia neq; derelictus est in infer-  
 no, neq; caro eius uidit corruptio-  
 nem.

26 Hunc Iesum (suscitauit uel excitauit)  
 resuscitauit Deus; cuius omnes  
 nos testes sumus.

27 Dextera igitur Dei exaltatus,  
 & promissione spiritus sancti acce-  
 pta à patre, effudit hoc (donum)  
 quod (nunc) uos uidetis & auditis.

28 Non enim David ascendit in  
 cœlos.

29 Dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

30 (Certo) Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum (quod fecerit) fecit Deus hunc Iesum, quem uos crucifixistis.

*Apologia doctrine apostolicæ. Nam quum pontifices & scribæ & principes Israeliticè uocantes Petrum & Ioannem in concilium uenerunt eis, ne posthac loquantur ac doceant in nomine Iesu: Petrus cum Ioanne placitis hominum opposuerunt mandatum Dei, & necessitatem, quod Act. 4. cap. legitur.*

13 Petrus uerò & Ioannes respondentes dixerunt ad eos: (an iustum sit coram Deo) Si iustum est in conspectu Dei uos potius audire, quàm Deum, iudicate.

14 Non enim possumus, quæ uisum & audiuius, non loqui.

*Apologia eiusdem argumenti, quum summus pontifex iterum præcipit apostolis è car-*

cere adductis in concilium, ne porro doceant  
in nomine Iesu: & accusat, quod urbem Hieru-  
salem doctrina de Christo resuscitato implene-  
rint, atq; conentur proceres in uita periculū  
rapere, ob occisum Iesum. Id quod Act. 5. cap.  
legimus.

31 Respondens autem Petrus &  
apostoli dixerunt: Obedire oportet  
Deo, magis quam hominibus.

lignū pro cruce,  
uel patibulo, Ebr. subin-  
de usurpant.

32 Deus patrum nostrorū suscita-  
uit IESVM quem uos interemistis,  
suspendentes in ligno.

ἀρχηγὸν  
ducem magis  
sonat,  
ἀρχηγὸν  
principem.

33 Hunc principem & saluato-  
rem Deus exaltauit dextera sua, ad-  
dandam pœnitentiam Israel, & re-  
missionem peccatorum.

Significan-  
tius, quia &

34 Et nos sumus testes (ei uel ip-  
sius) horum uerborū: & spiritus san-  
ctus, quem dedit (omnibus) obe-  
dientibus (illi) sibi.

Apologia & purgatio, qua beatus Petrus  
reddit Iudæis ad Christum conuersis rationem,  
& satisfacit eis, quod commercium haberet cum  
ethnicis, Christi religionem amplexis. Quod  
Actorum 11. cap. legitur.

Inci-



3 Incipiens autem Petrus, (ab initio repetens exposuit ordine) exponebat illis per ordinem, dicēs: Ego eram in ciuitate Ioppe orans.

4 Et uidi in (raptus extra me) excessu mentis meæ uisionem: descendens uas quoddam uelut linteum magnum, quatuor initijs submitti de cœlo, & uenit usq; ad me.

emissum, uas demissum e cœlo.

5 In quod (cum intendissem oculos, ani maduertit) intuens considerabam, & uidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & uolatilia cœli.

6 Audiui autem & uocem dicentem mihi: Surge Petre, (macta & uescere) occide, & manduca.

7 (Dicebam) Dixi autem: Nequaquam Domine, quia omne commune aut immundum nunquam introiuit os meum.

Ita Ebr. uniuersalem negatiuam enūciant. Latine us: nihil profanum aut immundū usquam, &c.

8 Respondit autem mihi uox (iterum e cœlo) secundò de cœlo: Quæ Deus mundauit, tu ne (communia feceris) commune dixeris.

Ebr. locutio,  
ad ter, id est  
tertio rursus  
sunt omnia  
subducta.

9 Hoc autem factum est per ter.  
& recepta sunt omnia rursus in  
cœlum.

10 Et ecce uiri tres (extemplo præ-  
sto aderant) confestim adstiterunt in  
domo, in qua erā, missi à Cæsarea  
ad me.

11 Dixit autē spiritus mihi, ut irem  
cum illis, nihil hæsitans.

Ebraice, pro  
comitati sunt  
me,

12 Venerunt autem mecum & sex  
fratres isti, & ingressi sumus in do-  
mum uiri.

13 Narrauit autem nobis, quomo-  
do uidisset angelum in domo sua  
stantem, & dicentem sibi: Mitte in  
Ioppen, & accersi Simonē, qui co-  
gnominatur Petrus: qui loquetur  
tibi uerba, in quibus saluus eris tu,  
& uniuersa domus tua.

In, pro per,  
Ebr. qui tibi  
ea dicturus  
est, per quē sal-  
uus fias.

14 Cum autem cœpisset loqui,  
(illapsus est in illos) cecidit spiritus san-  
ctus super eos, sicut & in nos in  
initio.

15 Recordatus sum autem uerbi  
Domini

Domini (quod dixerat) sicut dicebat:  
Ioannes quidem baptizauit aqua,  
uos autem baptizabimini spiritu  
sancto.

16 Si ergo eandem (Proinde si per do-  
num dedit illis Deus, quemadmodum) gra-  
tiam dedit illis Deus, sicut et nobis,  
(cum credidissimus) qui credidimus in  
dominum IESUM Christum, ego  
quis erā, qui possem (obsistere Deo?)  
prohibere Deum?

## SVASORII GENERIS.

R Elatio Petri ad ecclesiam de subrogando  
apostolo in locum Iudæ. Nam quum is si-  
bi consciuisset mortem, apostolus Petrus post  
Domini resurrectionem refert ad discipulos de  
apostolo sufficiendo in locum ipsius, & suadet,  
ut unum ex ijs diligant, qui per omne tempus  
euangelij prædicati Christum secuti sunt. quod  
Act. primo cap. scriptum est.

10 In diebus illis exurgens Petrus  
in medio (discipulorum) fratrum, dixit:  
erat autem turba hominum simul fe-  
re centum uiginti.

nomisum, id  
est hominum  
qui nomina-  
tim solent cen-  
feri,

Ebr. pro per-  
sei, quod scri-  
ptum est.

11 Viri fratres, oportet (hanc) imple-  
ri scripturam, quam prædixit spiri-  
tus sanctus per os David de Iuda,  
qui fuit dux eorū qui comprehen-  
derunt IESVM (quia connumeratus erat  
nobiscum) qui connumeratus erat in  
nobis, & sortitus est sortem mini-  
sterij huius.

12 Et hic quidem (parauit) possedit  
agrum de mercede iniquitatis, &  
(pronus factus) suspensus crepuit me-  
dius, & diffusa sunt omnia uilcera  
eius.

15 Et notum factum est omnibus  
habitantibus Hierusalem, ita ut ap-  
pellaretur ager ille lingua eorū A-  
cheldemah, hoc est, ager sanguinis.

shakal enim  
Syrus est ager,  
dema sanguis.

14 Scriptum est enim in libro Psal-  
morum: Fiat commoratio (eius) eo-  
rum deserta, & non sit qui inhabi-  
tet in ea: & episcopatum eius acci-  
piat alter.

15 Oportet (ergo) ex his uiris, qui  
nobiscū sunt (uersati toto tempore quo)  
con-

D. PETRI.

89  
congregati in omni tempore, in quo intrauit et exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismo Iohannis usque ad eum diem, quo receptus) in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis.

Exhortatio flagrantissima beati Petri, ut in de religione Christiana amplexentur. Quam quidem adhibuit Israelitis edito miraculo, quia in pedes erectus esset in nomine Christi, qui claudus fuerat ab utero matris. Ea oratio legitur cum miraculo Act. 3. cap.

14. Viri Israelitae, quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini? quasi nostra uirtute aut potestate fecerimus hunc ambulare.

15. Deus Abraham, & (Deus) Isaac, & (Deus) Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti.

16. Vos autem sanctum & iustum

id est, perpetuam uitae consuetudinem erigit nobiscum: Ita enim Hebraei duo extrema iungentes uniuersa notant.

ut Ebr. ad uerbum thama iungunt prepositionem. Lat. miramini hoc.

in conspectu, nel cora, cum ille iudicasset, uel statuisset.



negastis, & petistis uirum homicidam donari uobis, auctore uero uite interfecistis.

17 Quem Deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius hunc, quem uos uidetis, & nostis, confirmauit nomine eius: & fides que per eum est, dedit illi integram sanitatem istam in conspectu omnium uestrum.

18 Et nunc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri.

19 Deus autem que prenu[n]ciauit per os omnium suorum prophetarum (passurum) pati Christum (suum), sic impleuit.

20 (Resipiscite, uel poeniteat uos) Poenitemini igitur, & conuertimini, ut deleantur peccata uestra.

21 Ut cum uenerint tempora refrigerii a conspectu Domini, & miserit eum, qui predicatus est uobis, Iesum Christum.

Quem

Integritatem  
hanc: cui op  
ponitur debi  
litas.

Aliqui codi-  
ces, qui, sed  
male,

Deest aliqui,  
ut salui sitis  
cum uenerint:  
uel, utcumque  
uenerint.

22 Quem oportet quidem cœlū  
suscipere, usq; in tēpora restitutio-  
nis omniū quæ locutus est Deus,  
per os sanctorum suorum à seculo  
prophetarum.

23 (Nam *Moyſes quidem*) Moyſes qui  
dem dixit: Quoniam prophetā su-  
scitabit vobis Dominus Deus ue-  
ſter, de fratribus ueſtris, tanquam  
me.

24 Ipsum audietis iuxta omnia,  
quæcunq; locutus fuerit vobis.

25 Erit autem, omnis anima, quæ  
non audierit prophetam illum, ex-  
terminabitur de plebe.

26 Et omnes prophetæ à Samuel,  
& deinceps, qui locuti sunt, annun-  
ciauerunt dies istos.

27 Vos estis filij prophetarum et  
testamenti, quod disposuit Deus  
ad patres uestros, dicens ad Abra-  
am: Et in semine tuo benedicen-  
tur omnes familiæ terræ.

28 Vobis primum Deus suscitās

Videtur sen-  
sus, sed & om-  
nes: id est non  
ſolus Moſes,  
ſed alij etiam.

Latinius, ſe-  
cit, uel condi-  
dit, uel con-  
poſuit testa-  
mentum cum  
patribus.

excitatū, uel  
productum.

malicis, vel  
pequitijs ue  
stris.

filium suum, misit eum benedicen-  
tem uobis, ut cōuertat se unusquis-  
que à nequitia sua.

Salutatio &  
inscriptio epi-  
stolæ. Ea est  
obscurior pro-  
pter hyperba-  
son, & dese-  
ctum. Sensus  
autem est. Pe-  
trus optat, ut  
gratia & pax  
multiplicetur  
Christianis  
sparsim inco-  
lentibus Pon-  
tum, &c. De  
finitione au-  
tem ex causis  
constata Chri-  
stiani designā-  
tur, nempe ho-  
mines electi  
iuxta præordi-  
nationem, si-  
ue præfinitio-  
nem Dei pa-  
tris, per sancti-  
ficationem spi-  
ritus, ad obe-  
dientiam, uti-  
que fidei & mandati coelestis, & asperionem sanguinis Iesu Christi. Vn-  
de à peccatis pacificati sancti redduntur, que definitio, trinitatis myste-  
rium continet.  
Ratio à causa Christianorum. Deus singulari beneficio cōsortes Chri-  
sti fecit. Igitur in afflictionibus exultandum potius, quàm recedendum à  
fide.

*Epistola (sancti Apostoli)  
Petri prima.*

Caput primum.



**P**etrus Apostolus IESU  
Christi, electis aduenis  
dispersionis Ponti, Gala-  
tiæ, Cappadociæ, Asiæ,  
& Bithyniæ, secundum præscien-  
tiam Dei patris, in sanctificatione  
spiritus, in obedientiam & asperio-  
nem sanguinis IESU Christi: gratia  
uobis & pax multiplicetur.

2 Benedictus Deus & pater Do-  
mini nostri IESU Christi, qui secun-  
dum misericordiã suam (multam, uel

copio-

copio-  
rum. Vn-  
de à peccatis pacificati sancti redduntur, que definitio, trinitatis myste-  
rium continet.  
Ratio à causa Christianorum. Deus singulari beneficio cōsortes Chri-  
sti fecit. Igitur in afflictionibus exultandum potius, quàm recedendum à  
fide.

propiosam) magnam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cœlis, in uobis, qui in uirtute Dei custodimini per fidē in salutem <sup>a</sup>paratā reuelari in tempore nouissimo.

3 In quo <sup>b</sup>exultabitis, modicum nunc, si oportet, <sup>c</sup>cōtristari in uarijs tentationibus: ut probatio uestre fidei multo preciosior sit auro, quod perit, per ignem autem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi. <sup>d</sup>

4 Quem <sup>e</sup>cum non uideritis, diligitis: in quem nunc non uidētes, credentes autem exultabitis lætitiā inenarrabili & glorificata, reportan-

F 5

cunt uidere in aliquē, pro spectare, contemplari, intueri. A fine Christianissimi. Credentes percipiunt iam præsens bonum tuendum, & olim salutem animarū percipient. Igitur non deficient à fide,

2. Reuelandā. Sic enim Ebraei expriment futuri temporis particula per

אניא

anici. paratus uenire, id est uerturus, &c.

b. Exultate ad breuem tempus afflicti experimentis si opus sit.

c. Ab effectu afflictionum. Nō perdimt fideles, sed bonum pariunt. Quod confirmat similitudine: ut aurū sit purgatus coquendo, non deperit.

d. Cum reuelabitur Iesus, id est in aduentu eius.

e. Quē nunc quoq; nō sperantes, &c. exultatis gaudio ineffabili. Ebraei di-



a. De ventura in uos gratia, ad quem, aut cuiusmodi articulum temporis significaret, qui in illis erat Christi spiritus, testificans uenturas in Christum afflictiones, priusquam acciderent, et glorias insequentibus.

b. Religio christiana, certa est, quippe testata non modo per apostolos, sed etiam prophetas in uero spiritu sancto Christi. &c.

c. Imo nobis seruirent, uel usui essent.

d. Per spiritum sanctum.

e. Quae spectare, uel contemplari.

f. Vel Vigilantes, perfecte sperate in eam

gratiam, quae ad uos defertur, dum Christus reuelatur, ut filij obedientes, non conformantes uos à pristinis concupiscentiis, quibus tenebatur adhuc uersantes in ignorantia, sed Deo uocati qui sanctus est.

tes finem fidei uestrae, salutem animarum.

5 De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetae, qui de (futura) in uobis gratia prophetauerunt, scrutantes, in quod uel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, praenuncians eas quae in Christo sunt passionibus, & posteriores glorias.

6 Quibus reuelatum est: quia non sibi met ipsis, uobis autem ministrabant ea, quae nunc nunciata uobis per eos, qui euangelizauerunt uobis, spiritu sancto misso de caelo: in quem desiderant angeli prospicere.

7 Propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrii, perfecti, sperate in eam, quae offertur uobis, gratiam in reuelationem IESU Christi



sti, quasi filij obedientiæ, non confi-  
gurati priorib<sup>9</sup> ignoratię uestrę de-  
siderijs, sed secundum eum, qui uo-  
cauit uos, sanctū: ut & ipsi in om-  
ni conuersatione sancti sitis.

8 Quoniam scriptum est: Sancti  
eritis, quoniam ego sanctus sum.

9 Etsi patrem inuocatis eum, qui  
sine acceptione personarum iudi-  
cat secundum uniuscuiusq; opus,  
in timore <sup>b</sup> incolatus uestri tempo-  
re conuersamini.

10 Scientes quòd non corrupti-  
bilibus auro uel argento redempti  
estis de uana uestra conuersatione  
paternę <sup>c</sup> traditionis: sed pretioso  
sanguine quasi agni incontamina-  
ti & immaculati, Christi: præcogni-  
ti quidem ante mundi constitutio-  
nem, manifestati autem nouissimis  
temporibus propter uos, qui per  
ipsum

gentilismum. Vnde redempti estis à deo, per Christi sanguinem, & rege-  
nerati uerbo euāgelij, à patribus tradita, uelut agni immaculati, qui præ-  
ordinatus fuit,

a. Officiū pro-  
priū est homi-  
nis Christia-  
ni, Deum qui  
uocauit, qui  
pater est, qui  
iustus & san-  
ctus est, imita-  
ri. Deum autē  
æmulatur, qui  
Christianum  
institutum uel  
tę constanter  
retinet.

b. In timore  
scilicet dei: id  
est religiose  
uuentes, inco-  
latus uestri tē-  
pus in terris  
transigite.

c. Duce causę  
Christianos ef-  
ficientes, uel  
tres potius, de-  
us pater, Chri-  
sti mors, Dei  
uerbum, &  
euāgelium per  
homines qui-  
dem annūcia-  
tum. Fides &  
spes in deum  
retinenda est:  
& non rela-  
bendum in lu-  
dæismum aut

ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides uestra & spes esset in Deo.

qui purificatus obediendo ueritati, per spiritum, in charitate fraterna mihi me simulata, ex puro corde mutuum impense.

Potest apte legi, *uiuens & manens in æter,*

11 Animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per uerbum Dei uiui & permanentis in æternum.

12 Quia omnis caro ut (*gramen*) fœcundum, et omnis gloria (*hominis, quasi*) eius tanquam flos fœni.

13 Exaruit fœnum, & flos decidit; uerbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem uerbum, quod (*euangelio prædicatum inter uos*) euangelizatum est in uos.

A definitio-  
ne, uel descri-  
ptione & ex-  
plicatione  
Christianis-  
mi: qui con-  
stat fiducia in  
Christum, &  
bonis operi-  
bus, &c. qui  
est cuius Dei  
uerus.

Caput secundum.

**D**Eponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes oblo-

(oblocutiones, ut) detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabile (&) quod dolum nescit) sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis.

2 Si (si quidem gust. quod benignus sit) tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus: ad quem accedentes lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, et (pretiosum, ipsi quoq;) honorificatum, & ipsi tanquam lapides uiui (ædificemini) superædificamini domus spiritualis, (in) sacerdotiũ sanctum (ad offerendum) offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

3 Propter quod continet scriptura: Ecce (pono,) ponam in Sion lapidem (in summo ponendum angulo) summum, angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

4 Vobis igitur credentibus, honor: non credentibus autem, lapis, quem

Quapropter undique amplectit & continet in scriptura, id est scriptura docet Christum lapidem continentem partes.

pretium scilicet habet lapis iste.

In, Ebe. more,  
in substantiua  
oratione su-  
perest.

ad quod insti-  
tuti fuerant.

Nam religio  
Mofaica de-  
buit ad Chri-  
stū, ueluti pe-  
dagogus, di-  
cere.

in acquisitio-  
nem, id est ac-  
quisitus & pe-  
culiaris.

Domandi af-  
fectus prauī,  
& sancte ui-  
uendum.

quem reprobauerunt ædificantes,  
hic factus est in caput anguli; & la-  
pis offensionis, & petra scādali his,  
qui (impingunt in uerbum) offendunt  
uermo, nec credunt; in quo & posi-  
ti sunt.

5 Vos autem genus electum, re-  
gale sacerdotium, gens sancta, po-  
pulus acquisitionis, ut uirtutes an-  
nuncietis eius, qui de tenebris uos  
uocauit in admirabile (lucem) lumē  
suum; qui aliquando non populus  
Dei, nunc autem populus Dei: qui  
non cōsecuti misericordiam, nunc  
autem misericordiam consecuti.

6 Charissimi (dilecti) obsecro tan-  
quam aduenas & peregrinos absti-  
nete (uos) à carnalib<sup>o</sup> (concupiscentijs)  
desyderijs, quæ militant aduersus  
animam, conuersationem uestram  
inter gentes habentes (honestam) bo-  
nam: ut in eo quod detractant uos  
bis, tanquam (maleficis, aut facinorosis)  
malefactoribus, ex bonis operibus  
uos



uos (estimantes) considerantes, glorificent Deum in die uisitationis.

7 Subiecti igitur estote omni humanae naturae propter Deum, siue regi, (tanquam) quasi praecellenti, siue (praesidibus) ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam (maleficorum, nocentium, seu facinorosorum) malefactorum, laudem uero (recte agentium) bonorum.

8 Quia sic est uoluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciat im prudentium hominum ignorantiam; (tanquam) quasi liberi, & non quasi (praetextum) uelamen habentes malitiae libertatem, sed (ueluti) sicut serui Dei.

9 Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.

10 Serui subditi sint in omni timore dominis, non tantum bonis & (humanis, sed etiam prauis & asperis) modestis, sed etiam discolis.

inspectionis, uel administrationis, id est quum eos per gratiam suam Deus conuertit ad meliorem mentem. Obedientia erga magistratus.

obtinetis os, uel compescatis, aut retineatis.

Honor imperandus cuiusque debetur.

Famulorum officia.

Hæc



21 Hæc est enim gratia, si propter Dei cōscientiã (suffert molestias) sustinet quis tristitias, patiens iniustè.

enim additur  
in Græco.

Exēplo Chri  
sti horraf ad  
patientiam, &  
perseuerantiã

22 Quæ enim est gratia, si peccantes & (colaphis cædimini) colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.

23 In hoc enim uocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius.

24 Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Qui cum (probris incesseretur, non regeffit probra) malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se iniustè.

et est causam  
permisit deo,  
non sibi uindi-  
ctam sumpsit.

25 Quia (Qui) peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis (defuncti, & uelut extincti) mortui, iustitiæ uiuamus: (cuius eiusdem uibice) cuius liuore sanati estis.

Era

16 Eratis enim sicut oves errantes: sed cōuersi estis nunc ad pastorem, & (curatorem perfectum) episcopum animarum uestrarum.

## Caput tertium.

S Imiliter & (uxores) mulieres subditæ sint uiris suis: ut & si qui nō credūt uerbo, per mulierū conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore (castam cum reuerentia) sanctam conuersationē uestram.

Vxorū offi-  
cia.

2 Quorum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumēti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo cordis, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.

Planius: quorum ornatus externus non sit in crispatura capillorū, & circumpositione.

occultus: careat is corruptela, ut sit placidus & quietus, Locupl. splendidus, magnificus, sumptuosus.

3 Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ proprijs uiris.

4 Sicut Sara obediebat Abrahæ,

dominum eum uocans: cuius estis  
filiae beneficientes, & non pertime-  
scentes ullam perturbationem (fa-  
ctæ estis filiae, dum benefacitis, & non ter-  
remini ullo pauore.)

Officium ma-  
riti.

Græca scri-  
ptura tribuit  
uiris, cohære-  
des. Sed em-  
datior scriptu-  
ra uidetur,

καληρονόμας,  
ut ad foem. per-  
tineat.

aliâs, in fide.  
Ex Græco su-  
it expressum  
in fine.

5 Viri similiter cohabitantes secū-  
dum scientiam (uelut infir. uasi) quasi  
infirmiori uasculo muliebri impar-  
tientes honorem, tanquam cohæ-  
redibus gratiæ uitæ: ut nō (interrum-  
pantur) impediatur orationes ue-  
stræ.

6 In summa autem, omnes unani-  
mes, compatientes, fraternitatis a-  
matores, misericordes, affabiles, uel co-  
mes & humani) modesti, non reddentes  
malum pro malo, nec maledi-  
ctum pro maledicto: sed econtra-  
rio benedicentes: quia in hoc uoca-  
ti estis, ut benedictionem hæredita-  
tis possideatis. (scientes, uos in hoc uoca-  
tos esse, ut benedictionem hæreditate possi-  
deatis.)

7 Qui enim uult uitam diligere, &

& dies uidere bonos, coerceat linguam suā à malo, & labia (sua) eius, ne loquantur dolum.

8 Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam.

9 Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: uultus autem Domini super facientes mala.

10 Et quis est, qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis?

11 Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati.

12 Timorem autem eorum ne timueritis, neq; conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris.

13 Parati semper ad satisfactionē, omni poscēti uos rationem de ea, quæ in uobis est spe, cū modestia & timore, conscientiam habentes bonam: ut in eo, quod detrahūt de uobis, confundantur, qui (incessunt)

autem: adde, sitis ad defensionem.

In Græco additur tāquam facinorosis.

calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem.

14 Melius enim benefacientes, si uolūtas Dei uelit, pati, quàm malefacientes.

15 Quia & Christ<sup>o</sup> semel pro peccatis nostris mortu<sup>o</sup> est, iustus pro iniustis, ut nos (*adduceret*) offerret Deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu.

16 In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus ueniens prædicauit; qui increduli fuerant aliquando, quādo (*expectaretur longanimitas Dei*) expectabāt Dei patientiam in diebus Noe, cum (*apparabatur*) fabricaretur arca.

17 In qua pauca, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.

18 Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed cōscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem IESV Christi.

Qui

Varia est lectio huius loci, & uaria sententia. Mortuus est corpore, anima uero superstes uel descendit ad inferos, tedar gunt olim inobedientes uerbo Dei.

Respondens, simile id est, ut pereūre diluuiū pauca, seruati sunt homines in arca: ita nūc seruantur soli, qui fide à peccatis purgantur, quod baptismo representatur eccle  
lix.



19 Qui est in dextera Dei, profectus in caelum, subiectis sibi angelis, & potestatibus, & uirtutibus.

Alitqui codices habent, degluties mortem, ut uitae aeternae haeres efficiemur.

Caput quartum.

**C**hristo igitur passo pro nobis in carne, & uos eadem cogitatione armamini.

Exemplo Christi animar ad perseverantiam in religione Christiana.

2 Quia qui passus est in carne, desit a peccatis: ut non iam desiderijs hominum, sed uoluntate Dei quod reliquum est in carne, uiuat temporis.

3 Sufficit enim praeteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uinolentijs, comestationibus, potationibus, & (nesarijs) illicitis idolorum cultibus.

Sat enim est nobis, quod ante actio tempore patrauerimus uoluntatem, &c.

4 In quo admirantur (quod absurdum eis uidetur) non concurrentibus uobis in eandem (luxus refusionem) luxuriae confusionem, blasphemantes: qui reddent rationem ei, qui para-

Ehr. iudicatus est.

Omnes indi-  
cabunt iusto  
Dei iudicio.  
Si quidē euan-  
gelium est om-  
nibus prædi-  
catum.

tus est iudicare uiuos & mortuos.  
5 Propter hoc enim & mortuis e-  
uangelizatum est: ut iudicentē qui-  
dem secundum homines (in) car-  
ne, uiuant autē secundū Deum spiri-  
tu. Omnium autem finis (imminet)  
appropinquabit.

6 Estote itaque (sobrii & uigilantes)  
prudentes, & uigilate in orationi-  
bus: Ante omnia autem mutuam  
in uobis metipsis charitatem (propen-  
sam, aut uehementem) continuam ha-  
bentes: quia charitas operit multi-  
tudinem peccatorū: hospitales in-  
uicem, sine murmuratione.

7 Unusquisq; sicut accepit gratiā  
in alterutrum illam administrātes,  
sicut boni dispensatores (uariā) mul-  
tiformis gratiæ Dei.

8 Si quis loquitur, quasi sermo-  
nes Dei: Si quis ministrat, tanquā  
ex uirtute, quā administrat Deus,  
ut in omnibus (glorificetur) honorifi-  
cetur Deus per Iesum Christum:  
cui

Pluraliter  
murmuratio-  
nibus.

Officium om-  
nium est, tan-  
tum iuare a-  
lios, quantum  
potest. donū,  
mutuum ad-  
ministr.

Subintellige,  
loquatur, ut e-  
loquia Dei,  
&c.

cui est gloria & imperium in secula  
seculorum, Amen.

9 Charissimi nolite peregrinari in  
feruore, qui ad tentationem uobis  
fit, quasi noui aliquid uobis contin  
gat: sed communicātes Christi pas  
sionibus gaudete, ut & in reuela  
tione gloriæ eius, gaudeatis exul  
tantes.

10 Si exprobramini in nomine  
Christi, beati eritis: quoniā gloria,  
& spiritus Dei super uos requiescet.

11 Iuxta ipsos quidem blasphema  
tur, iuxta uos uerò glorificatur.

12 Nemo autem uestrum patiat  
(ut) quasi homicida, aut fur, aut ma  
lificus, aut alienorum appetitor: si  
autem ut Christianus, non erube  
scat, glorificet autem Deum (in parte  
hac) in isto nomine.

13 Quoniam tempus est, ut inci  
piat iudicium à domo Dei.

14 Si autem primū à nobis, quis  
finis eorum, qui non credunt Dei

Non absurdū  
uideatur, uel  
non turbemini  
ni ut re uoua,  
dum per ignē  
exploramini.

A nomine  
afflictionis  
translato, quod  
dicitur

*in uerbo.*

Et subiecto,  
fuerunt etiam  
in Christo.

Finis afflictio  
ob nomen  
Christi, beati  
tudo.

Facinorosus,  
aut curiosus  
alienarum re  
rum. aliqui co  
dices, maledi  
cus.

Incredulis  
grauiores affli  
ctiones para  
tæ sunt.

Euangelio:

15 Et si iustus uix (*saluus efficitur*) saluabitur, impius et peccator ubi (*comparebit?*) *parebunt?*

Causa efficiens, Dei uoluntas. Non sine Dei nutu pij affliguntur.

uel *κτῆσι* possessori, aut depositario.

Presbyteros, eōpresbyter, Latinus, gloria reuelanda. Græce hic Petrus effert, per *μειλίσσης*,

quod antea Ebr. per parata.

Curantes, episcopos agentes, exemplaria.

Officiū presbyteri & episcopi.

Officiū adolescentis,

16 Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Caput quintum.

**S**eniores ergo qui in uobis sunt, obsecro, consenior, & testis Christi passionum, qui & eius que in futuro reuelanda est, gloria (*consors*) communicator, pascite qui in uobis est, gregem Dei providentes, non coactē, sed spontaneē: neque turpis lucri gratia, sed uoluntariē: neque ut dominantes cleris, sed forma facti gregis (*ex animo.*)

2 Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam.

3 Similiter adolescentes subditi estote

estote senioribus.

4 Omnes autem sibi inuicē subiiciamini, humilitatem (ceu clauo infixam retinete) insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam.

5 Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis: omnē sollicitudinem uestram proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de uobis.

6 Sobrii estote, (&) uigilate: quia aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiens (obambulat) circuit, quærens quem (deglutiat) deuoret.

7 Cui resistite (solidi fide) fortes in fide, sciētes eandem passionem, eī, quæ in mundo est, uestræ fraternitati fieri.

8 Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo IESU, (parumper afflictos, instauret, fulciat, roboret, stabiliat) modicū passos ipse perficiet, con-

Humilitas omnes decet.

Diabolo, qui comouet persecutiones in Christianos, repugnandum est, non cedendum.

Socij afflictionum sunt omnes in mundo pii.

eandem afflictiones uestræ fraternitati quod summati.

Deus inuat suos athletas, & dat felicē exitum.



firmabit, solidabitq̄.

9 Ipsi gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Pancis scrip-  
si, adhortans  
ac testificans,  
&c. Vbi sco-  
pus epistolæ  
indicatur.

10 Per Syluanum fidelem fratrem  
uobis, ut arbitrator, breuiter scripsi,  
obsecrans & contestans hanc esse  
ueram gratiam Dei, in qua statis.

Vestree con-  
fors electionis  
ecclesia, quidã  
codices nõ ha-  
bent ecclesia.  
Babylon, Ro-  
ma est.

11 Salutatio uos ecclesia quæ est in  
Babylone collecta, & Marcus fili-  
us meus.

12 Salutatio inuicẽ in osculo (chari-  
tatis) sancto.

pro, Christia-  
ni.

13 Gratia (pax) uobis omnibus,  
qui estis in Christo IESU. Amen.

*Epistola Petri (Apostoli)  
secunda.*

Caput primum.

Inscriptio &  
salutatio hæc  
etiam Christi-  
anismi sum-  
mam comple-  
ctitur.



Simon Petrus seruus & a-  
postolus IESU Christi,  
his qui coæqualem (æque  
pretiosam, aut parem) nobis-  
cum sortiti sunt fidem, in iustitia  
Dei

Dei nostri et saluatoris Iesu Christi.

2 Gratia uobis & pax (*multiplicetur in agnitione*) adimpleatur in cognitione Dei, & (Christi) IESU Domini nostri.

3 Quomodo <sup>3</sup> omnia nobis diuinæ uirtutis suæ, quæ ad uitam et pietatem donata sunt per cognitionem eius, qui uocauit nos (*propria*) gloria & uirtute.

4 Per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit: ut per hæc efficiamini diuinæ consortes nature, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

5 Vos autem curam omnem sub inferentes, ministrare in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amore

tem, per quæ pretiosa & mox promissa donata sunt, ut per ea diuinæ consortes nature efficiamini, fugientes corruptionem quæ in mundo est per concupiscentiam, & in hoc ipsum omni studio impensio, *sumi- ministrare, &c.*

a. Aliquid ad mirandi parit culam ponit pro *us*.

Mihi Petrus usurpare uide tur *us* pro

**ἰσχυρῶς**  
causatur, tu est, quum, particula causali: tribusq; uerbis comprehendere propositionem, per seuerandum esse in Christi religione, & rationem, quia in Christo nobis omnia donata sunt, quæ ad salutem pertinent, hoc modo: Quum eius diuina uirtus omnia quæ ad uitam & pietatem spectant, donauerit per agnitionem dei, qui uocauit nos per gloriam & uirtu-

Effectus Christi  
hanc religio-  
nis.

morem fraternitatis, in amore autē  
fraternitatis (dilectionem) charitatē.  
6 Hæc enim si (uobis adsint & exube-  
rent, non otiosos nec in irritum aut frustra la-  
borantes efficiunt) uobiscū adsint &  
superent, non uacuos uos, nec sine  
fructu uos constituent in domini  
nostri IESU Christi cognitione.

Repugnans.

7 Cui enim non (adsunt) præsto  
sunt hæc, cæcus est, & manu (uiam  
tentans, aut palpans, oblitus) tentās, obli-  
uionem accipiens purgationis ue-  
terum suorum delictorum.

Propositio.

8 Quapropter fratres (potius operam  
date, ut firmam aut ratam) magis satagi-  
te, ut certam uestram uocationem  
& electionem faciatis.

9 Hæc enim facientes non (labemi-  
ni unquam) peccabitis aliquando.

Finis.

10 Sic enim abundāter ministra-  
bitur uobis introitus in æternū re-  
gnum Domini & saluatoris nostri  
IESU Christi.

Causæ ob  
quas hæc scri-

11 Propter quod uos incipiā sem-  
per

per commonere de his, & quidem scientes & cōfirmatos uos in præsenti ueritate.

12 Iustum autem arbitror, quando sum in hoc tabernaculo (*excitare uos per commonitionem: cum sciam breue futurum*) suscitare uos in commonitione, certus quòd uelox est depositio tabernaculi mei, secundū qd & Dominus noster IESVS Christus significauit mihi.

13 Dabo autem operam, (*ut semper uos possitis post exitum meum, horum mentionem facere*) & frequenter habere uos post obitum meum, ut horum (omnium) memoriam faciatis.

14 Non enim indoctas fabulas secti, notam fecimus uobis Domini nostri IESV Christi uirtutem & præscentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis.

15 Accipiēs enim à Deo patre honorem & gloriam uoce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria

bit: quæ lectorem beneuolum & attentum faciūt, & in proemijis solet fieri, itē quæ docem

Certissima est & testimonijs authenticis corroborata Christi religio.

Arte compositas aut argutas fab. per scientiam. alii qui potius, ad uentū magnificentię aut maiestatis,

complacitum  
est, tibi. Ebr.  
sonat qui mi-  
hi placet, quo  
delector.

Testimonio  
scripturarum  
fulcitur fides  
Christiana.

scientes, non  
sunt privatæ, in  
interpretatio-  
nis. Aliqui le-  
gunt

ἐπιθυμία,  
id est aggressi-  
onis.

ria: Hic est filius meus dilectus, in  
quo mihi complacui.

16 Et hanc uocem nos audiuimus  
de cœlo allatam, cùm essemus cum  
ipso in monte sancto.

17 Et habemus firmiorem prophe-  
ticum sermonem: cui benefacitis at-  
tendentes (ceulucernæ apparenti in ob-  
scuro) quasi lucernæ lucenti in loco  
caliginoso: donec dies (illucescat) elu-  
cescat, & lucifer oriatur in cordi-  
bus uestris.

18 Hoc primū intelligentes, quòd  
omnis prophetia scripturæ propria  
interpretatione non fit.

19 Non enim uoluntate humana  
allata est (olim) aliquādo prophetia:  
sed spiritu sancto (à spiritu sancto rapti,  
aut impulsu) inspirati, locuti sunt san-  
cti Dei homines.

Caput



## Caput secundum.

**F**erunt uerò & pseudoprophe-  
tæ in populo, sicut & in uobis  
erunt magistri mendaces.

**2** Qui introducēt sectas perditio-  
nis, et eum qui emit eos, dominum  
negant, superducētes sibi celerem  
perditionem.

**3** Et multi sequentur eorum (exi-  
tia, uel perditiones) luxurias, per quos  
uia ueritatis blasphemabitur: & in  
auaritia fictis uerbis de uobis ne-  
gotiabuntur.

**4** Quibus iudicium iam olim nō  
(tardat) cessat, & perditio eorū non  
dormitat.

**5** Si enim Deus angelis peccanti-  
bus non pepercit, sed (catenis caligi-  
nis) rudentibus inferni detractos in  
tartarum, tradidit in iudicium ser-  
uatos: & originali mundo non pe-  
percit, sed octauū Noe iustitiæ præ-  
conem custodiuit, diluuium mun-  
do impiorum inducens.

Præmonet  
falsos docto-  
res in ecclesia  
orituros, eos-  
que describit,  
ut caueri pos-  
sint.

Clam indu-  
cent hæreses  
perniciosas,  
etiam abnegā-  
tes Dominū,  
qui eos mer-  
catūs est, ac-  
cerentes sibi  
aplis, &c.

Vos caupona-  
buntur, id est  
quæstum fa-  
cient seducen-  
do uos.

Inductiōe pro-  
bat esse puniē-  
dos.

prisco, uel an-  
tiquo.

Et

6 Et ciuitates Sodomorum & (*Gomorrae*) Gomorrorum in cinerem redigēs, euerfione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt, (*faciens, uel edens*) ponens: & iustum Lot oppressum à nefandorū luxuriosa conuersatione eripuit.

7 Aspectu enim & auditu iustus habitans (*inter illos, quotidie animā iustā iniquis (illorū) operibus*) apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabat.

Conclusio.

8 Nouit (*Dominus*) Deus pios de tentatione eripere, iniquos uerò in diem iudicij reseruare cruciandos: (*maximè*) magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immundiciæ ambulant, dominationesque contemnunt.

Ebr. carnem sequentes.

dominationem, id est magistratum.

glorias, id est gloria & maiestate praeditos, non tremunt, id est non metuunt.

9 Audaces (*præfracti, uel cerebrosi & intractabiles*) sibi placentes, sectas non metuunt (*introducere*) blasphemantes.

Cum angeli robore, non se-

10 Vbi angeli fortitudine & uirtute

te cum sint maiores, nō portant aduersum se apud Dominum execrabile iudicium.

11 Hi uerò uelut irrationabilia pecora (*natura genita in capturam et exitū*) naturaliter in captionem & perniciem, (*ea quæ non intelligunt maledicentes peribunt*) in his quæ ignorant, blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ: uoluptatem existimantes (*diurnas delicias*) diei delicias coīquinatiōnis.

12 Et maculæ delicijs affluentēs, in conuiujs suis luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterijs, & inaccessibleis delicti: pellicientes animas instabiles, cor exercitatum (*in*) auaritia habentes, (*execrabiles*) maledictionis filij, derelinquentes rectam uiam errauerunt, secuti uiam Balaam ex Bofor, qui mercedē iniquitatis amauit, (*sed redargutus fuit de sua iniquitate*) correptio

H

rant blasphemum iudiciū id est malum omnis apud Dominum, uel à dam Latiniō habent.

Labes & maculæ uoluptates, in suis deceptionibus uobiscū conuiuantes. alij legunt *ναρξόμυροι* imprecantes, aut insultantes.

adulteræ sol licet mulieris id est lasciuos, impudicos, qui à peccando coherberi non possunt.

Per asino, in-  
terpretes uete-  
ris testamen-  
ti subinde po-  
nunt ὑποφύων

Latine, asinus  
mutus uoce  
humana locu-  
tus inhibuit  
uesaniam pro-  
phetæ.

seruata est:  
in æternum,  
Græci addūt.

Fastuosa ua-  
nitatis (uer-  
ba) ubi sonue-  
rint, inescant  
per concupi-  
scentias car-  
nis, lasciujs.

Alij superbia,  
pro superba,  
uere uel utcū-  
que, aut uix  
aufugerunt.

alias conuer-  
santur.

Mancipatus,  
aut in seruitu-  
tem traditus.

Postrema  
priora pri-  
mis, id est sce-  
leratiores eua-  
dunt, q̄ antea  
lucrant.

nem uerò habuit suæ uesaniæ.  
13 Subiugale mutū animal in ho-  
minis uoce loquens, prohibuit pro-  
phetæ insipientiam.

14 Hi sunt fontes sine aqua, & ne-  
bulæ (à procella) turbidibus exagita-  
tæ: quibus caligo tenebrarum re-  
seruatur.

15 Superba enim uanitatis loquen-  
tes pelliciūt in desyderijs carnis lu-  
xuriæ, eos qui paululum effugiūt,  
qui in errore conuersati libertatem  
illis promittētes, cum ipsi serui sint  
corruptionis.

16 A quo enim quis superatus  
est, huius & seruus est.

17 Si enim refugientes coinqui-  
nationes mundi, (per agnitionem) in  
cognitione Domini & saluatoris  
IESU Christi, his rursus implicati su-  
perantur, facta sunt eis posteriora  
deteriora prioribus.

18 Melius enim erat illis non (co-  
gnouisse, quàm ubi cognouerunt conuertu-  
cogno-

cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.

19 Contigit enim eis illud ueri pro uerbij: Canis reuersus ad suum uomitū, & sus lota in uolutabro luti.

Verum aect  
dit illis, quod  
uero prouer  
bio (dici so  
let.)

Caput tertium.

**H**anc ecce uobis charissimi, secundam scribo epistolam.

2 In quibus uestram excito in cōmonitione synceram mentem: ut memores sitis (uerborum quæ prædicta sunt, & mandati nostri, qui apostoli sumus Domini) eorum, quæ præ dixi uerborum, à sanctis prophetis, & apostolorum uestrorum præceptorū Domini & saluatoris.

3 Hoc primum scientes, quòd uenient in nouissimis diebus illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, (aut) aduentus eius?

Hanc iam uel  
nunc dilecti  
& c. legit  
*idè pro uerbo.*  
aliàs com-  
munitio, id  
est commonē  
do extimulo,  
& c. aliqui le-  
gunt cognitio  
ne.

Aliud genus  
impie doctri-  
næ, quod ne-  
gat finē mun-  
di, Christi ad-  
uentum, resur-  
rectionem, &  
iudicium. Ad-  
dit Beda in de-  
ceptione.



4 Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio (creationis uel conditionis) creaturae.

5 Latet enim eos hoc uolentes, quòd cœli (fuerint iam olim) erāt pri<sup>o</sup> & terra (ex) de aqua, & per aquam consistens Dei uerbo: per quā ille tunc mundus aqua inundatus perijt.

eiusdem uerbo (uelut in thesaurum) repositi.

6 Cœli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem uerbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, et perditionis impiorum hominum.

7 Vnum uerò hoc nō lateat uos charissimi: quia un<sup>o</sup> dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus.

alias promissit. Dominus promissit, id est qui promissit.

8 Non tardat Domin<sup>o</sup> promissionem suam, sicut quidam existimāt: sed (longanimis est erga nos) patienter agit propter nos, nolēs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā (concedere, uel se recipere) reuerti.

9 Adueniet autem dies Domini sicut

sicut fur, in quo cœli (*procellæ ritu, uel cum sonitu*) magno impetu trāsient, elementa uerò (*æstuantia*) calore soluentur: terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.

in nocte, ad  
dunt Græci.

10 Cum igitur hæc omnia dissol-  
uenda sint, quales oportet uos esse  
in sanctis conuersationibus & pie-  
tatibus, expectantes & (*accelerantes*)  
properantes aduentum diei (Dei)  
Domini: per quem cœli (*incensi*) ar-  
dentes soluentur, & elementa (*æ-  
stuantia liquefcunt*) ignis ardore tabe-  
fcunt.

11 Nouos uerò cœlos & nouam  
terram (*iuxta promissum*) secundū pro-  
missa ipsius expectamus: in quibus  
iustitia habitat.

12 Propter quod, charissimi, hæc  
expectantes satagite immaculati et  
(*incontaminati, uel inculpato*) inuolati ei  
inueniri in pace, & Domini nostri  
lōganimitatē salutem arbitramini.

date operam,  
ut reperiami-  
ni ab illo, im-  
macul.

13 Sicut & charissimus frater no-

etiam in om-  
nibus fere e-  
pist. loquutus  
de his.

ster Páulus, secundū datam sibi sa-  
pientiam scripsit uobis: sicut & in  
omnibus epistolis loquēs in eis de  
his.

14 In quibus sunt quædam diffi-  
cilia intellectu: quæ indocti & in-  
stabiles (*detorquent*) deprauant, sicut  
& cæteras scripturas, ad suam ipso-  
rum perditionem.

15 Vos igitur (*dilecti, quum (præmoni-  
ti hec) sciatis caute*) fratres præsciētes  
custodite (*ne simul cum alijs nefariorum  
abducti errore*) ne insipientium erro-  
re traducti excidatis à propria fir-  
mitate.

16 Crescite uerò in gratia & co-  
gnitione Domini nostri & saluato-  
ris IESU Christi.

17 Ipsi gloria & nunc, & in diem  
æternitatis. Amen.

SER.

BERMONES BEATI PETRI  
ad Clementem & ecclesiam Roma-  
nam, quum episcopatum Ro-  
manum successori tra-  
deret.



**P**ristinaui ad Petri doctrinā per-  
tinere beati Clementis epistolam  
primam, quæ continet sermones  
ad ipsum Clementem Petri disci-  
pulum & successorem, quum ei traderet episco-  
pi munus, & ad totam ecclesiam Romanam.  
Quæ ordinem ecclesiasticū describit, differitq;  
de successione, hæreditate, & patrimonio Pe-  
tri, deq; clauium ratione: & nauiculam Petri  
graphicè depingit. De quibus rebus hodie ua-  
rie disputatur inter Christianos. Eam Latinā  
fecit Rufinus presbyter Aquileiensis, non mi-  
nima portio doctorum ecclesiæ, ut Gennadius  
inquit. Verum quia ratio temporum non-  
nihil dissidet ab Irenæo et Eusebio, ponam uer-  
ba ipsius Rufini, quibus conatus est nodum ex-  
plicare. Epistolam sanè in qua idem Clemens  
ad Iacobum fratrem Domini scribens, de obitu  
nuncians Petri, & quòd se reliquerit successo-  
rem cathedræ & doctrinæ suæ, in qua etiam de  
omni ordine ecclesiastico cōtinetur, ideo nunc

aliàs, nūciat.

huic operi non præmisi: quia & tempore posterior est, & olim à me interpretata atq; edita. Sed quòd in ea nonnullis fortasse uidebitur incòsequens, si hic explanetur, non puto absurdum uideri. Quidam enim requirunt, quomodo cum Linus et Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint episcopi, ipse Clemens ad Iacobum scribēs sibi dicat à Petro docendi cathedram traditam. Cuius rei hanc accepimus esse rationem, quòd Linus & Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, uidelicet ut illi episcopus curam gererent, ipse uerò apostolatus impleret officium. Sicut inuenitur etiam apud Cesaream fecisse. Vbi cum ipse esset præsens, Zachæum tamen à se ordinatum habebat episcopum. Et hoc modo utrunq; uerum uidebitur, ut & illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri, docendi suscepit sedem. Hæc ille. Apparet autem hanc epistolam loco præfationis positam fuisse

se in opere de actis Petri  
apostoli.



DIVI CLEMENTIS AD IACOBUM fratrem Domini epistola prima, Rufino Torano Aquileiensi interprete.



Lemens Iacobo fratri Domini et episcopo episcoporum regenti Hebræorum sanctam ecclesiam in Hierosolymis: sed et omnibus ecclesiis, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum presbyteris, et diaconibus, et cæteris omnibus fratribus, pax sit semper. Notum tibi facio domine, quia Simon Petrus, qui ueræ fidei merito et integræ prædicationis obtentu fundamentum esse ecclesie definitus est. Qua de causa etiam Domini ore diuino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, apostolorum primus, cui et primò Deus pater filium reuelauit: cui et Christus cõpetenter beatitudinem contulit: qui et uocatus est, et electus conuiuia Domini, et comes electus, tanquam bonus et probatissimus discipulus: qui occidentem obscuriorẽ mundi plagam uelut omnium potentior inluminare præceptus est: quiq; integrè potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protrahò, fugiens indicare, quod triste est, quod qui-

Tribuit Hierosolymitano episcopo primatum, ut etiam caput s. concilij Niceni.

Diaconi & diacones indufferentur dicuntur: prius tamen rectius dicitur.

Vt Petrus fundamentum ecclesie dicitur, alibi exposuit. Nam Christus proprie fundamentum est unicum, teste Paulo.

Vera & debita laus Petri.

Romanã ecclesiam ædificasse ostenditur in uita.

Fuit uterq; la-  
cobus apo-  
stolus mor-  
tuus ante Pe-  
tri martyrium  
Ad eum tamē  
sermone inuer-  
sit tanq̄ super-  
stitem in ser-  
ris, eo quod  
Petrus manda-  
uerat illi trans-  
mittere astra.

Neronē uide-  
licet Rom. im-  
peratore flagi-  
tiosiss.

Ordinat Pe-  
trus episcopū  
successorem,  
Ioan. 22. &  
2. Pet. 1.

Tyrocinium  
boni episco-  
pi, & uirtutes

dem necesse est, licet tardē proferre: Hic deniq;  
ipse Petrus, qui pro immensa charitate, quam  
erga omnes homines gerebat, palām cum omni  
fiducia aduersante etiam tyranno totius mun-  
di, bonum prædicare non destitit, & regem om-  
nium seculorum per orbem terræ, & usque ad  
ipsius Romanæ huius urbis notitiam, ut etiam  
ipsa saluaretur, inuexit: Hic inquam pro pietas  
te patiēdo præsentem uitam finiuit.

In ipsis autem diebus, quibus uitæ finem sibi  
imminere præsensit, in conuentu fratrum posi-  
tus, adprehensa manu mea repente cōsurgens,  
in auribus totius ecclesiæ hæc protulit uerba:  
Audite me fratres & conserui mei, quoniam si-  
cut edoctus sum ab eo, qui misit me domino &  
magistro Iesu Christo, dies mortis meæ instat:  
Clementem hunc episcopum uobis ordino, cui  
soli meæ prædicationis et doctrinæ cathedram  
credo. Qui mihi ab initio usque ad finem co-  
mes in omnibus fuit, & per hoc ueritatem to-  
tius meæ prædicationis agnouit. Qui in omni-  
bus tentationibus meis socius extitit, fideliter  
perseuerās. Quem ex præteritis expertus sum,  
Deum colentē, et homines diligentem, castum,  
discendi studijs deditum, sobrium, benignum,  
iustum, patientem, scientem ferre nonnullorum  
etiam ex his, qui in uerbo Dei instruuntur, in-  
iuriæ

turis. Propter quod ipsi trado à Domino mihi datam potestatem ligandi & soluendi: ut de omnibus quibuscunq; decreuerit in terris, hoc decretum sit et in cœlis. Ligabit enim, quod oportet ligari: & soluet, quod expedit solui: tanquam qui ad liquidum ecclesiæ regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicumq; contristauerit doctore ueritatis, peccat in Christum, & patrem omniũ exacerbabit Deum: propter quod et uita carebit. Ipsum autem qui præ est cæteris, oportet medici uicem agere, & nõ feræ bestiæ furore commoueri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius rogabam, excusans me, et declinans honorem cathedræ simul & potestatem. At ille respondens, Pro hoc inquit, ne me rogaueris. Hoc enim fieri statutum est mihi, & eo magis, quo excusas. Quia hæc cathedra eum, qui cupit eam, & audaciter expetite, non requirit, sed ornatum moribus, et in uerbo dei eruditum. Quòd si esset alius melior, qui mihi adiutor tam sedulus adstitisset, aut tã plenè doctrinæ meæ rationem cepisset, sed & ecclesiasticas dispositiones à me tam plenè didicisset, habens alium talem, non te cogerem bonum opus suscipere nolentem. Superfluum ergo est, alium querere, cum primitias eorũ, qui ex gentibus per me saluantur, & præcipue his

Clauium usus  
& potestas.

Episcopus  
imitetur medi  
cos. 1. Cor. 2.  
Sine ambitu  
Clemens epi  
scopatum ac  
cipit. Et tales  
sunt optimi,  
qui munus e  
tuam refugiūt.

O domus an  
tiqua quàm di  
spati domina  
ris à domino.

Hæc est liturgia & oblatio apostolica, homines adducere Deo.

Episcopi minus difficile & periculosum, sed Deo uocante, deprecare, periculosius,

Sancti quantum sunt in corpore, pro ecclesia orant: eaque uoluntas est illis sempiterna etiam in celo, nec precio nec precibus comparanda.

Certamen et militiam & dispensationem & agriculturam uocat Paulus munus ecclesiasticum,

Christo accommodat operam suam episcopus liberatoris, remuneratori.

huius urbis, te primum obtulerim Deo. Sed aliud intueri. Quia si periculum peccati times suscipere refugis Ecclesie gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, qui populum dei uelut in fluctibus positum & periclitantem, cum possis iuuare, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quod in commune & omnibus expedit prouidens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum: quia nec ego pro salute omnium ab obsequio ceſſabo. Quanto ergo citius mihi acquieueris, tanto me citius moeroris & tristitie labore releuabis. Noui etiam hoc o Clemente, quod tibi tædia, et molestias, pericula etiam et opprobria ineruditi uulgi indocilisq; conciliet. Quæ tu tamen scio, quod fortiter & constanter feras, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientie præparat coronam. Sed & illud te cupio, mecum iusta ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus. Nunc cum inimicus aduersum spem eius commouet bellum. Nam in futuro tempore, quando iam Christus post uictoriam triumphabit, nec ultra ullius ope indigebit. Quis non etiam paruim sensus intelligat, quod istud est temporis, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in presenti necessitate præbe operam tuam



tuam Christus requirit? Tota igitur mente in presenti necessitate præbe operam tuam, et auxilium in prælijs exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post uictoriam reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officium eo maxime, quod ecclesiasticas dispensationes à me probabiliter didicisti: ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam uacillet. Verum & breuiter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere, necessarium duco.

Te quidem oportet irreprehensibiliter uiuere, et summo studio niti, ut omnes uitæ huius occupationes abijcias: ne fideiussor existas: ne aduocatus litium fias: neue in ulla aliqua occupatione prorsus inueniaris mundialis negotij cuiuscunq; occasione perplexus. Neq; enim iudicem aut cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare uult Christus Iesus, ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis uerbo Dei uacare, et secundum ueritatis regulam secernere bonos à malis. Ista nanq; opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi inuicem discentes, id est, laici: Et te nemo occupet ab his studijs, per quæ salus omnibus datus. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis uerbi Dei studijs, sollicitus

Salus hominum uacillans ob incertam episcopi.

Institutio episcopi, qualis Paulina. 1. Timoth. 3. & Tit. Hæc autem ætas alios mores habet.



Diaconi officium.

Verbum Dei  
seruat homi-  
nes.  
Ita ualebit  
Christi uerbū:  
qui uos audit,  
me audit.

dines suscipere seculares, ita unicuique laicorum peccatū est, nisi inuicem sibi etiam in his, quæ ad communis uitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te uerò securum facere ex his, quibus non debes uacare, omnes communiter elaborent. Quod si forte à semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt: ut tibi solius ecclesiæ sollicitudinem derelinquāt, quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, & ueritatis uerbo abundantius possis & studiosius deseruire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fit, ut & tu tanquam qui nō docueris, quæ ad salutem hominum pertinent, puniaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco ergo tu quidem ad hoc solum uacato: uti oportune & sine intermissione doceas uerbum Dei, per quod salutē cōsequi possint. Illi uerò cum tanta reuerētia tua uerba suscipiāt, ut qui sciunt legatū te & præconem esse ueritatis. Et quodcumque ligaueris super terrā, esse ligatū in cælo: & quæcumque solueris, etiam et ibi esse soluta: Quandoquidem & tu, ut dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit solues. Ad te quidem qui præces ista sint monita, & his similia.

Ad

AD D. IACOBVM. 127

Ad presbyteros uerò sint ista. Ante omnia,  
 ut pudicitia studentes, adolescentes nuptijs iun-  
 gant, quo calorem seruentis ætatis coniugali le-  
 ge præueniant. Sed ne in prouectioribus quidẽ  
 curam habere hu'usmodi negligant. Quia in  
 multis etiam cum senuerit corpus, concupiscen-  
 tia uiget. Ne forte ergo fornicationis labes oc-  
 casione accepta tanquam uenenum pessimũ ser-  
 pat in uobis, cauere & anteuenire necessarium  
 est: ne quod in uobis adulterij occultum coale-  
 scat incendium. Et quod in omnibus peccatis a-  
 dultério grauius? Secundum nanq; in pœnis ob-  
 tinet locum: quoniam quidem primum illi ha-  
 bent, qui aberrant à Deo, etiam si sobriè uixe-  
 rint. Propter quod uos ò presbyteri ecclesiam  
 excolite, & adornate sponsam Christi ad pud-  
 citiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiam,  
 id est, congregationem credentium: quæ si pu-  
 dica fuerit inuẽta ab sponso suo, ingentibus ab-  
 eo donis & muneribus honorabitur, et uos ue-  
 lut ministri sponsæ, & amici spõsi, ingenti gau-  
 dio ac lætitia perfruemini. Si uerò sponsa hæc  
 reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa qui-  
 dem tanquam indigna trudetur à regalibus tho-  
 ris. Vos autem pœnas dabit, si forte per ue-  
 stram negligentiam uel desidiam obrepserit con-  
 tagio seua peccati. Idcirco igitur ante omnia  
 sobrie-

Presbyterorum  
 & seniorum  
 officia.

Adulterium  
 icelus grãde.

Infidelitas  
 peccatum ma-  
 ximum.

Ecclesia spon-  
 sa Christi.

Scortatio pec-  
catum grande  
& multiplex.

Charitas fra-  
terna & ope-  
ra eius.

Consulium  
Christianum  
ἀγάπη,  
communio et  
synaxis.

sobrietatis & pudicitiae sollicitudinem gerit.  
Valde enim apud deum graue crimē ducitur for-  
nicatio: cuius quidem species sunt plures, sicut  
& ipse uobis Clemens diligenter exponet. Ve-  
runtamen prima species adulterij est, uirum pro-  
pria solummodo uxore non esse contentum, &  
mulierem non proprio seruare se uiro. Si ergo  
castus fuerit quispiam, potest & humanus &  
misericors fieri: per quod et ipse aeternā à Deo  
misericordiam consequatur. Sanē sicut adulte-  
rium uenenum cunctis malis perniciosius est,  
ita amor fraternus, & charitas totius boni fa-  
stidium tenet. Et ideo diligite omnes fratres ut  
stros, & cum religione ac misericordia respicite  
te ad omnes. Orphanis exhibete uosmetipsos  
parentes. Viduis uirorum curam impendite, cum  
omni castitate, quae necessaria sunt praebentes.  
Iuniores tamē uiduas nuptijs copulate. His qui  
ignorant artificia, exquirite honestas aliquas  
occasiones, quibus uictum necessariū querant.  
Artificibus uerò opera prouidete. Debilibus  
misericordiam facite.

Scio autem haec omnia facturos uos, si cha-  
ritatem praeter ceteris ante omnia in uestro cor-  
de defigatis. Cuius charitatis recipiendae et ha-  
bendae maximū erit fomentū, si frequenter in-  
ter uosmetipsos comunem cibum uestrum men-  
samq;

Jamq; faciatis: & in quantum unusquisq; prae-  
 ualet, crebrius panes ac sales suos cum suis fra-  
 tribus sumat. Per haec enim praecipue charitas  
 comparatur, & causa totius boni in huiusmo-  
 di communiōe consistit. Vbi autem pax, & bo-  
 nitas, ibi & salus. Propter quod communes fa-  
 cite cibos uestros cum his, qui secundum deum  
 fratres sunt: quia per haec temporalia officia,  
 pacis & charitatis fructibus, gaudia aeterna  
 mereamini. Multo autem sollicitius esurientes  
 reficite, & sitientibus potum date, nudis uesti-  
 mentum. Aegrotos uisitate, & eos qui in carce-  
 re sunt, prout possibile est, iuuate. Peregrinos  
 satis prompte in domibus uestris suscipite. Et  
 ne omnia nunc singillatim dicam, omne bonum  
 ipsa per se, si in uobis charitas, facere uos do-  
 cebit. Sicut econtrario eos, qui a salute alieni  
 sunt, omne malum facere, odium docet. Si qui ex  
 fratribus negotia habent, inter se ad cognitores  
 seculi non iudicentur: sed apud presbyteros ec-  
 clesiae quicquid illud est, dirimatur, & omni-  
 modo obediant statutis eorum. Super omnia au-  
 tem auaritiam fugite, quae homines occasione  
 praesentis lucri ab aeternis separat bonis. Pon-  
 dera, mensuras, stateras pro locis quibusq; a-  
 quisima custodite. Deposita fideliter restitui-

Opera chari-  
tatis, Matth.

Forum Chri-  
stianum, & per-  
secutio sui iu-  
tis. 1. Corinth.

Iudicium Dei  
cōsiderandū.

Discordia,  
malorum om-  
niū scatebra.

Confessio  
Christiana,  
quærit consi-  
lium fidi epi-  
scopi et docti.

te. Quæ omnia et si qua sunt his similia, ita de-  
mum sollicitè & diligenter implebitis, si futu-  
rum Dei iudicium sine intermissione in uestro  
corde uolueritis. Quis enim peccare poterit, si  
semper ante oculos suos Dei iudicium ponat?  
quod in fine mundi certum est agitandū: ut tan-  
dem qui in hac uita bene egere, consequantur  
reposita bona, peccatores autem, ut cōsequan-  
tur præparatas & reconditas pœnas. De qui-  
bus ita futuris dubitare omnino non possumus:  
Siquidem hæc omnia ita esse uentura, uerus no-  
bis propheta prædixerit. Vnde et uos, qui estis  
ueri prophete discipuli, abijcite à cordibus ue-  
stris ante omnia discordias, & animorum dis-  
sensiones: ex quibus omne opus malum proce-  
dit: et benignitatem ac simplicitatem tota men-  
te seruate. Quòd si forte alicuius cor, uel li-  
uor, uel infidelitas, uel aliquod malum ex his,  
quæ superius memorauimus, latenter irrepse-  
rit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit,  
cōfiteri hæc huic, qui præest, ut ab ipso per uer-  
bum Dei, & cōsiliū salubre curetur: quo pos-  
sit fide integra, & operibus bonis pœnas eter-  
ni ignis effugere, & ad perpetuæ uitæ præmia  
peruenire:

Diaconus



Diacones uerò ecclesiæ tanquam oculi sint  
 episcopi, oberrantes & circumlustrantes cum  
 uerecundia, actus totius ecclesiæ perscrutantes  
 diligentius, si quem uideant uicinum fieri præci-  
 pitio, et proximū esse peccato, ut referant hæc  
 ad episcopum: ut cōmoneri ab eo possit is, qui  
 in præcipitium lapsurus est, uti reuocet, & nō  
 corruat in peccatum. Negligentiores quoq; et  
 eos, qui rarius ad audiendum uerbum Dei ac-  
 cedunt, nec sollicitè ad episcopi tractatum ue-  
 niunt, ipsi commoneant, & hortentur. Si enim  
 assidui sint ad audiendum, non solum uitæ eter-  
 næ ex salubri commonitione capient lucra, ue-  
 rum et quæcunq; illæ sunt tristitiæ uel mæro-  
 res, qui ex præsentis uitæ necessitatibus & cla-  
 dibus temporum ueniunt, quæq; malorum ser-  
 monibus in corde suo ueluti iacula defixa cir-  
 cumferunt, abijcientur omnia prædicatione ue-  
 ritatis, & uitæ æternæ doctrina, & eruditio-  
 ne purgata. Alioquin si multo tempore auditū  
 subtrahant à uerbo Dei, ut remaneant in cul-  
 tu uitiorum, sine dubio Deum dimisere, ac sen-  
 tibus occupati, & quid aliud nisi ad ignem ta-  
 lis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut di-  
 ximus, diaconibus cura sit. Sed & eos, qui se-  
 cundum carnem ægrotant, sollicitè perquirant,

Diaconi mus-  
 nus

Auscultatio  
 uerbi diuini  
 quid boni ad-  
 ferat.

Ægrotantis  
 uisitatio.

et plebi, si forte ignorat, indicent de his, ut et ipsi uisitent eos, et quæ necessaria sunt, præbeant eis, cum cōscientia eius, qui præest: quod tamen etiamsi clam fecerint, nō peccabunt. Sed et de peregrinis similiter episcopo suggerat refovendis, et cætera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ et disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint.

Catechistæ  
munus.

Qui catechizat, hoc est, qui uerbo instruit incipientes, hi primò oportet instructi sint. De anima enim agitur hominum: et oportet eum, qui docet, et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, et uerbi ordinem pro audientis capacitæ dirigere. Debet ergo ipse ad primè esse eruditus, et doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus: sicut ipsi probabitur fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, persequar. Veruntamē illud est, quod præ cæteris ab omnibus uobis cupio in cōmune seruari: ut concordiam teneatis, per quam solam potestis portum quietis intrare, et ciuitatem regis summi, quæ pax nominatur, habitare.

Concordia  
imprimis  
necessaria.

In Anacleti  
epistola citan-  
tur hæc nomi-  
ne Clementis.

Similis namque est omnis ecclesiæ status nauis magnæ, quæ per undosum pelagus de diuersis locis

locis & regionibus uiros portat ad unam potentis regis urbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius portus dominus ipse omnipotens Deus: gubernator uerò sit Christus. Tum deinde pro reti officium episcopus impleat: presbyteri nautarum, diacones dispensatorum teneant locum. Hi qui catechizant, nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum uerò uarietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur. Persecutiones ac tribulationes et pericula fluctibus exequuntur. Terreni uerò spiritus, qui uel de torrentibus uel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum et pseudodoctorum improbae doctrinae uerba ducantur. Promontoria uerò & loca confragosa, hi qui in potestibus seculi sunt iudices, & pericula minantur ac mortes. Bithalassa uerò loca, quae duplicibus undae fallacis aestibus uerberantur, dubijs mente, & de promissionum ueritate nutantibus conferantur, atque his, qui inrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritae uerò & dolosi pyratis similes habeantur. Iam uerò & rapidus uortex, & tartarea Charybdis, & saxis inlisa naufragia, ac mortifera submersio

Ecclesia nauis similis. Et haec est Petrina uicula.

alias regni.  
alias auctor.

alias pro rete.  
leg. proreta,  
alias diaconi.

alias seductorum.  
alias prauae.

alias bimaria.

alias ut.

Leg. metebuntur.  
leg. orationes.

Epibatæ, id est milites clariorij sunt laici omnium ordinum.

lege. proreta.

Attende exclusivam propositionem.  
Solijs Christi gubernatoris ecclesie præceptis parendum.

nes, quid aliud æstimanda sunt, quàm peccata.  
 Restat igitur, quo hæc navis cursu prospero  
 tuto possit portū desyderatæ urbis intrare, ita  
 Deo precem fundere nauigantes, ut mereantur  
 audiri. Audiri autem à Deo ita demum merebitur,  
 si operationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus  
 adiuuētur. Sed ante omnia cum quiete & silentio  
 epibatæ, id est laici in suis unusquisq; resideant  
 locis: ne forte per inquietudinem & inconditos  
 inutilesq; discursus, si passim uagari cœperint,  
 uel ab officio suo nauis impediant, uel in alterum  
 latus per inquietudinem eorum nauis pressa  
 demergatur. Nautologi de mercedibus commune  
 ant, & nihil omnino quod ad diligentiam uel  
 disciplinam pertinet, diacones negligant. Presbyteri  
 uelut nauitæ aptent singula ad instructionem nauis  
 diligenter, et instruant, quæ in suo tempore  
 requirenda sunt. Episcopus tanquam per retia  
 uigilanter et solícite gubernatores uerbo custodiat  
 Christi. Saluator Dominus, gubernator ecclesie  
 suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solius  
 præceptis ac iussis credat & obediat omnis ecclesia.  
 Deo quoq; indefinenter supplicetur à cunctis  
 de prosperitate uentorum. Nauigantes omnem  
 tribulationem & omne periculum sperent

rent, tanquam immane profundū mundi istius,  
 & uitæ humanæ pelagus nauigantes. In quo et  
 esuriendum sit, & sitiendum: nuditatem quoq;  
 ferendam: morbos etiam corporis, & ægritu-  
 dines tolerandas. Insuper & hominum insidijs  
 ac dolis sæpe laborādum: quippe qui et disper-  
 gendos se nonnunquam nouerint, sed aliquan-  
 do etiam congregandos. Vomitus quoq; & sug-  
 gillationes ferendas: cum ex confessione pecca-  
 torum, & reiectione criminum, uelut malè con-  
 gregati in uisceribus fellis iactura facienda est:  
 & abijcienda prorsus è corde omnis intrinse-  
 cus latens amaritudo peccati: si qua fortè ex de-  
 syderijs iniquis, uelut ex cibis noxijs congrega-  
 ta est. Quam utiq; cum euouerit quis, & ab-  
 iecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo:  
 si tamen post uomitum quæ ad sanitatem perti-  
 nent, sumat. Veruntamen scitote cuncti, quòd  
 supra omnes uos laboret episcopus. Quia unus  
 quisq; uestrum suum proprium fert laborem, il-  
 le uerò & suum & singulorum.

Propter quod Clemens tanquam qui omni-  
 bus præesse te noueris, singulos prout poteris,  
 iuuat, & singulos releuat: quia & singulorum  
 onus ac sollicitudinē portas. Vnde & ego nunc  
 tibi iniungens dispensationē, scio quòd accipiā

Sperent pro  
 expectent.

Confessio ec-  
 clesie ueteris

Episcopo in-  
 cumbit om-  
 nium sollicitu-  
 do ecclesiarū.



136 CLEMENTIS EPIST.

gratiam magis, quàm præsto. Sed esto confidens, & fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc perduxeris nauem. Ibi mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate uigilaueris. Itaq; si te multi ex fratribus propter rigorem iustitiæ odio habuerint, ex eo quidem non læderis, sed ex huiuscemodi odijs amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage, & refuge, lauderis ab iniquis, et ne à pessimè agentibus diligaris: sed potius, ut propter iustam dispensationem et æquissimam regulam disciplinæ à Christo conlaudari merearis.

Petrus etiam  
idiotas agno-  
scite conseruos  
& fratres.

Iuxta illud,  
qui uos au-  
dit, me audit,

Cœtus sacri.

Hæc cum dixisset & his similia quàm pluri-  
ma, rursum respiciens ad populum dixit: Sed &  
uos charissimi fratres et conserui mei, huic qui  
præsidet uobis ad ueritatem docendam, in om-  
nibus obedite, scientes, quòd si quis hunc con-  
tristauerit, Christum qui ei docendi credidit ec-  
thedram, non recipit: & tanquam qui Christum  
non suscepit, nec Deum patrem suscepisse iu-  
dicabitur: et ideo nec ipse suscipietur in regno  
cœlorum. Propter quod satagite, ad omnem col-  
lectam & congregationem semper conuenire:  
uti ne uelut negligentes & desides à Christo ius  
dice

dice condemnemini. Conuenientes uerò semper ad Clementem, omnes date operam pro ipso sentire, & summo studio fauorem uestrum erga ipsum dependere: scientes, quòd propter singulos uos ipsum magis solum infestat inimicus, & in ipsum maiora suscitatur bella. Oportet ergo uos summo studio niti, ut omnes erga illum uinculo amoris innixi, plenissimo erga eum inhereatis affectu. Sed & uos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate: quo facilius etiam illi obedire omnes pariter inconcussa unanimitate possitis: per quod & uos salutem consequi, & ille obtemperantibus sibi promptius impositi oneris pondus uehere queat. Etiam ex uobis ipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia, si inimicus est alicui pro actibus suis, uos nolite expectare, ut ipse uobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & uoluntati eius absque commonitione obsecundare, et auertere uos ab eo, cui ipsum sensibus auersum. Sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium uestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest.

Satan potissime imminet episcopis.

Excommunicatio & recalcitratio ecclesie.

Nulla pestis  
nocentior ec-  
clesiæ, quam  
domesticus  
inimicus.

Impositio ma-  
nuum.

Expectant ali-  
bi.

Et per hoc redeat ad salutem, cum obedire co-  
perit præsidenti. Si uerò quis amicus fuerit his,  
quibus ipse amicus nõ est, & locutus fuerit his,  
quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex il-  
lis, qui exterminare Dei ecclesiam uolunt: &  
cum corpore uobiscum esse uideantur, mente et  
animo contra uos est, & multo est nequior ho-  
stis hic, quàm illi, qui foris sunt, et euidenter ini-  
mici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem  
quæ inimici sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit  
ac uastat.

Et cum hæc dixisset in medio coram omni-  
bus, manum mihi imposuit, et in cathedra sua,  
ingenti uerecundia fatigatum me compulit.  
Cumq; sedissem, hæc ad me rursus locutus est.  
Deprecor te Clemens coram omnibus, qui præ-  
sentes sunt, ut postea quàm, sicut natura debi-  
tum est, uitæ præsentis finem fecero, Iacobo fra-  
tri domini descripta breuiter, uel quæ ad initiũ  
fidei tuæ spectant, uel etiam quæ ante fidem om-  
nino gesseris, mittas. Sed & qualiter mihi ab  
initio usq; ad finem comes itineris & actuum  
fueris, quæq; per singulas ciuitates me disputã-  
te sollicitus auditor exceperis, quippe in prædi-  
cationibus meis uerborũ fuerit ordo & actus:  
sed & qui me finis in hac urbe repererit, sicut  
dixi

dixi, omnia quam potes breuissimè comprehen-  
 sa ad ipsum, te destinare non pigeat. Nec uerear-  
 is, ne sorte multum de meo exitu cōtristandus  
 sit, cum me id pro pietate sustinere non ambi-  
 gat. Erit autem ei grande solatium, cum didice-  
 rit, quòd post me non imperitus uir aliquis, aut  
 indoctus, aut ignorans diuini uerbi mysterium,  
 ecclesiastici ordinis disciplinam, uel doctrinæ  
 regulam nesciens susceperit cathedram meam.  
 Scit enim, quia si indoctus & inscius officium  
 doctoris accipiat, sine dubio discipuli & audi-  
 tores ignorantie tenebris obuoluti, in interitū  
 demergentur. Vnde & ego domine mi Iacobe,  
 cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse  
 habui implere quod iusserat, indicans tibi &  
 de his ipsis simul, & de illis breuiter compre-  
 hendens, quid per singulas quasq; urbes digre-  
 diens aut in prædicationis sermone protulerit,  
 aut in gestorum uirtute perfecit: quamuis ti-  
 bi de his plurima iam et plenius antè descripta,  
 ipso iubente transmiserim, sub eo titulo quem  
 ipse præcepit adfigi, id est, Clementis itinera-  
 rium prædicationis Petri: sed & nunc  
 iam exponere, quæ præce-  
 pit, incipiam.

Finis Epistolæ.

Quales uelit  
 Petrus luccel-  
 fores, uide.

THEODORI BIBLIANDRI  
libelli de fide & operibus  
diui Petri Apostoli,  
Finis.



BASILEÆ PER IACO-  
BVM PARCVM, AN  
NO DOMINI  
M. D. L.

*Series chartarum.*

A B C D E F G H I.

*Omnes quaterniones.*

THE NEW YORK  
LIBRARY  
ASTOR LENOX TILDEN FOUNDATION  
455 N. 5TH ST. N.Y.C.

THE UNIVERSITY OF  
CHICAGO PRESS  
545 N. Dearborn St. Chicago, Ill.

THE UNIVERSITY OF  
MICHIGAN PRESS  
480 N. Zeeb Road  
Ann Arbor, Mich.

# INDEX

AND

CONTENTS

CHAPTER I. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA  
CHAPTER II. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA  
CHAPTER III. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER IV. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER V. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER VI. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER VII. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER VIII. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER IX. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

CHAPTER X. THE HISTORY OF THE  
INDIAN NATIONS IN AMERICA

OCN 51077935